Quasi absoluta iam epistola ne susceptus labor irtus sit, admonet bene
 uste Galatas; imo et universos Christi discipulos; cum eis recipiant ad
 illa contraxerit, cuiusque ista in confirmatis restitit. Adhuc in egressum
 horum, si impostoribus adhuc credant, vel nisi multitudine Paulum
 Loricari, quod aliam suavitatem circumlocutionem quam nunc restitit,
 vel mentionibus epistolam illius non esse.

De cetero. deinceps. Post hoc, impubeorum, S. Thomas de residuo quasi
 in cruce, dicit, gloriis, de alijs rebus non curat. Lombardus, de cetero id est
 de sequentibus. Itaq, illa, ne deinceps, aut menti, aut oculis obducatis, nisi
 mihi grauius, atq, molesti esse uolitis. Haymo de cetero, i. reliquum
 At ut ultimam manam imponam. Academicis consilio ysaia ultimam
 que no mederi mas per ad umbra, de cetero particula est claudens et
 postquam Galguch.

Nemo vel ad uersariendum mouendis questionibus, vel discipulis
 rum minus acquiescendo supradictis: multi molesti sui negotij
 ue fauffat; satis enim patior quotidie pro xpo. cuius negotium
 age, ut indicent meo corporis vulnera, et cicatrices; sic Anselmus, Lon
 bardus, vel siquidem ego ^{uestram} mancipium non sum, sed Christi, ut testantur
 signa, ne, quae, ne ^{offiant} uisura noua molestia addendo vulnera vulne
 ribus: quod patientis firmus. Ab conquerebat uia c. i. b. Concedit me,
inquie, vulnera super vultus, et Ps. 68. Super dolorem vulne
rum meorum addiderit. Chrys. Theophyl. et alij uiderent hanc
 reuere interpretationem, cum annotant, non tadio laboran
 ti, sed timorem inducenti sista esse dicta, nemo mihi molestus
sit.

Mihi, magistro, cui non est facienda molestia, fauere uis discipuli
 cum aliter sentiunt, quae illi dicitur. Hieronymus nemo post
 hanc meam admonitionem contentiosus repugnet; et nitatur non

1.

2.

3.



argumentis hinc doctrinam trahere, scilicet, quicumque is erit, adveniens
 me enim pro magistro futurum, nec ab his unquam, vel latum
 unquam discursum. Ita etiam Augustinus, etiam Lombardus, etiam
 ex Ambrosio, non vult, perinde ac si contiones tediis
 sibi fieri deesse, quae iam satis esse exparata. Sequitur Porphyrius, Ambrosius
 Ego, emphaticè, enim redi causam, sive rationem, per quam certo
 cognoscant omnes ipsum non iam quidem Moysen, sed Christum,
 non circumcissionem, sed crucem, atque novae vitae institutionem sequen-
 dam proponere. Nota, inquit, quae curatis in fronte, in genis, in
 vultu, et in profecto omni tuba clariè predicant metorum esse
 Christi. Si ergo Christi sumi sermo, nihil nisi Christum docere debeo, ac
 defendere: licet mille modis intentata mors mihi impendat.
 Habet maxima vim haec argumentatio. Habet ya radicem
 carae inquirendo, et perquirendo loquemas dico conobras que
 con palabras, miradme ala cara, y sabreis por que no ya a
 Moysen, sino a Christo tengo, y doy por regla. Los hijos del
 vobis y las sonales hechas con fuego de tribulaciones y trabajos
 padecidos por Christo estan dando voces y dicen que soy todo
 fuego, y que habet al amiento de defendere y predicare. Dixi huiusmodi
 dico etiam Nativè. Sat iam, nemo me deinceps lassare pergat, aut es-
 gando, aut querendo ea, quae magis operibus, quam verbis aperte lo-
 quor me respiciat in faciem, vultumque, oculos intendat, perspicue
 agnatis, cur non iam Moysen, sed Christum pro regula, et ego re-
 meam, et uliginis dem. haec sunt signata, haec signa tribulationum
 igne imulta corpori, laborumque, pro Christo susceptorum, et clamant
 et clara predicant voce, me summi spiritum esse, et usque ad extremum
 etiam vultum esse predicatum, atque ubique defensurum. Gre-
 gia semelitas, et amplificatio apertissima, et sua persone et defensionis
 Christi, quae est totius epistolae summa, et conclusio. Non per homines, ut
 initio proposuit, sed per Christum legatus est, ut Christum defendat. Signata
 notas in vultu, signa impressa curi. Sae varia et multiplicia esse
 queunt, sed ad presertim locum dupliciter insinuantur, ut frequen-
 tior est auctorem interpretatio. Nam metaphoram videtur dicens
 Apollolus mutatus, vel a sermo, quod placuit Amelmo, deo
 Caicano

A

S

S

Caicano

Caietano, vel à militibus, quod probant Hieron. Chrysost. Theoph.
 quorum membra ipse profitebatur. Stigmata Domini Iesu tanquam
 empirius eius scimus, ne dominum, vel latenter fugere, vel impure
 audeam negare, ad alios deficere. In corpore meo conspicua porto, seu
 unum autem Xpi se profiteatur, saepe alias, et maxime hac epist.
 cap. 1. 10. Si adhuc hominibus placere, Xpi seruit non effem, et

2. Corinth. de 23. animilli Christi sunt (ut minus sapienti dico) plus ego.
 Quid plus habes o Paulle? Et licet de mi s. La. s. y et. l. que
 signan el nombre de Jesus pro quo plura passus, iustus portare per-
 torum orbem. Act. 9. vide coru. maru. de conuers. S. Pauli.

Hæc itaq. stigmata, quæ Xpū dominum meum testantur, et dole-
 ai non potuerunt sine maximo, non solum corporis mei, sed etiam ani-
 ma detrimento, me proculdubio arguant, si ad Moysen defecero.
 non ego circumcisionis signum, ut seruus legis, quod nefas arbitror
 vel cogitare; sed Xpi Iesu crucifixi, tanquam mancipium empri-
 precio sanguinis incommensurissimi, stigmata gero, et ostento.

Militum etiam præsertim Vexilla ferunt, antesignani, quibus ordinem du-
 cunt, vulnorum signa, et cicatrices, quæ in prælio fortiter dimicantes
 acceperunt, tamq. gloria trophæa solent profere, et ostendere, cum
 opus est. Illa enim certissima argumenta, sunt fortitudinis, et ani-
 mi in bello probati, et victoris. Inter militie igitur Christiane
 duces qui fuerit Paulo arceferendus: Probauimus initio nullas
 ei defuisse ex illis duodecim prærogatiuis, quibus maxime ex-
 celluerunt Apostoli. Sed qui maxime rixus est Christum imi-
 tari; Ita maxime inter omnes ostendere potuit vulnura, plagas
 cicatrices, viruces, liuores, aliasq. notas carni impressas, atq. non sine
 igne doloris magno immissas; dum predicat Xpū, eiusq. crucem,
 hoc est, vexillum tanti Imperatoris cum periculo vite saepe saepius
 defendit. In hunc sensum explicant Chrysost. et Theoph. cum ani-
 maduertunt nondixisse Apostolum habeo, sed porto tanquam regium
 insignem, et victorie trophæum.

Stigmata Domini Iesu, quæ illa fuerint inter omnes fere interpretes
 conuenit fuisse labores, carceres, verbera &c. quæ pro Christi nomine passus
 est, ut ipse refert 1. cap. 5. Ego autem si circumcisionem prædico, quid

6.

7.



ad huc persecutionem patior. Item 2. Corinth. 11. 24. et Regg. et prius
cap. 4. b. q. 10. ubi illa verba Semper mortificationem Xpi Teru in cor
poro nostro circumferentes ut vita Teru manifestetur in corporibus

nostris. Videtur explicatio, et quasi commentarius huius loci. Stigmata
enim appellat illius mortificationis signa notat, et signa in carne ex
tantia, que Xpm referunt. Hierony. etiam ad corporis macerationem
extendit, cuius vestigia indehili et macilentis corpore appaerent de
cundum illud 1. Corinth. 9. 27. Caligo corpus meum, et in tenuibus
redigo. Possunt etiam moraliter Stigmata nuncupari in nobis qu
uis labores, sive libenter, et voluntarie assumpti, sive necessitate con
tingentes, sive a Deo, ut morbi, egestas, calamitates, Quumne, sive
ab hominibus, permittente Deo, ut iniurie, peccata, exilationes bo
norum, et relique afflictiones, proveniant. Hec nimirum omnia
nomine crucis significari solent; in qua Christi militis, ac milites
et maxime Paulus gloriam suam laboratam habere. 1. v. 14.

3. Illud etiam non pretermittendum dici Xpi Stigmata, que Xpi
amor et desiderium imitandi causam eris in nobis, que ve Christi
representant, vel in memoriam revocant, modo si in corpore impres
sa, seu etiam appresa. fannelli enim domini insignia, arma
colores. Atq. las divites, milites etiam imperatorum, diuini
genere conueniunt.

3. Anselmus refert usum fuisse Romanorum militum signa, et notat
gestare manibus cauteris inuiskas, ut quorum Imperatorum vexilla
sequerentur innotesceret. Meminit huius Vegetius 1. 2. c. 1.
puncturis, inquit, in cute punctis scribuntur milites. Mehar. 1. 1. c. 13.
v. 16. 17. ideo sic fieri solitum existimat, ut maior de duce ex illi
maior prodatur, vel militis submissio classis notetur. Cum arde,
et Caluimus 2. in fine, citantem Augustinum 1. 6. in Ioan.
et alijs in locis.

Non fieri hinc argumentum, ut existimetur Paulus habuisse plagas
quinque, notat Vazquez, Cornelius q. sed velle commendari hunc locum
ad eas, que per Seraphini effigiem B. francisco impressa sunt pro
bat satis Cornelius, eum lege, et Catharinum, qui inter hec non
perdentissima negantem Francisco consensum Ecclesie sibi que



impudenter

impudenciam arrogantem merito invehitur.

V. 13. Gratia Dni nri Iesu xpi & a

Scholium
Optatio Græ. confirmat animos in amore, amoret que omnem odij suspi-
cionem, si qua ex divisione aliquo vellet suborta fuisset, nec potuit manere, quædam
animi desiderare, quam gratia Dei, sine qua moritur, per quem Deo vivit.
Adde tamen *Græ.* et nomen *Dei*: quia quæbat eos Xpæ reconciliare, cui iniuria
ex legis introductione fiebat. cum spiritu vellet, quem per gratiam accipit,
per gratiam retinere debetis, non dicit *obsequium*, sed *cum spiritu vestro*.

ut aueret a carnalibus. Idem tamen significatur, spiritus (ut s. c. s. diximus)
est anima gratia subiecta, seu gratia ornata, et ponitur pars pro toto. sic *Græ*
Dicitur in *vestra alma*: mentionem vero facit, et gratia, et spiritus, ut
duplex veluti muso dicta omnia communis sit, est enim hæc clausula
quasi summa, et sigillum, sine sigillorum doctrina sic eradicat. Gratia
nimium conservat, spiritum, quo perennante oritur, fallacia instar
pulveris dispellitur, et evanescit. Hæc fere ex *Chrysost.* & *Thom.* spiritum
promente, et ratione, qua intelligitur in dicta, de partem, et sequitur
Occumenius. Idem etiam aliquando spiritus pro anima ponit, ut alibi diximus.

Frater, quid hoc nomine dulcius. Mellitus ergo sermo benevolentiam
conservat, et auget. **frater** erant ex baptismi nova regerant. *Thom.*
Patrem agnovimus Xpum & *Claudius* cum his, qui **frater** in Xpo dicitur me
rentur, gratia Dei *St.* Merito autem gratia initium, gratia exitus est,
litterarum, que in commendationem gratia scriptæ sunt. Si vero hæc bene-
dictio (inquit *Theodoretus*) veluti signaculum *Pauli*, quo eius epistolæ distin-
guntur, et auctoritatem habent. Annum quippe gratia legem excedit, si-
dem supponit Christianam, qui fuit totius cordo controversia. Gratia auxi-
lium ad bene operandum, siue ad perseverandum, *Anselm.*

Dionysius Carthus. est ea gratia, qua grati sumus Deo, siue qua Deo efficiuntur.
que hic inchoata consummatur in celo. Itaque gratia consummata vita æter-
na est. Ita etiam sentire videtur *Lombardus*, dum inquit, non diuensis, non
legis servitus, non zita, non iugium, sed gratia Dni nri *S. D.* *Imit.* velis
Dei gratiam Christi esse favorem, et amicitiam. Sic enim dicunt Latini
valere apud aliquem gratia, tenere favor & cabida con aliquo.

Amen. so. verere idem, fiat, alij veri fideliter. sic *Anselmus*, alij *St.*
forma iurantis, alij conveniam pubentis, que *Hieronym.* annotat. Hic effectus



3.
+ Lirinii cō
Baronio M
copisti scripti
asserit.

indicat et desiderium impetrandi quod Deum precatus est, ut scripanda egregie
 dixit. Claudii, Latini ab Eghero, Greci ab Ube Roma scriptam epistolam ad
 Galatas dicunt. Idem dicit Casparus Baronijs, 1. tom. Rom. negat Romę
 scriptam. quia nullam facit suorum vinculorum mentionem, ut in alijs scilicet
 ibi scriptis. Consentit Chrysostomus in hac epistola cum Baronio. Hieronymus
 cap. 1. huius, magis adfert Greci proferunt Theodoretus Prefa. in epistolam
 Pauli, et Athanasio in syriaci, et syriacę translatione, quę Romę datam
 iudicant. Vide Conclusionem quę desinit non posse, inquit, ubi fuerit scripta
 quę incertum, um fuit ex Pauli Epistola conigi. Vide etiam Marian. qui
 innotuit ante quo antro fuerit scripta. Pererius in prologo epistolę ad Rom.
 disp. 9. num. 52. non satis congruum esse ait, ubi et quando scripta fuerit.
 Etius probat Romę scriptam, quia ratio vinculorum non urget, vel quia
 non semper in vinculis fuit Romę, vel quia dum sigmatum meminit,
 meminit vinculorum, ex quibus relicta fuere. Insperius quia 7 ac spiritus
 et Theophilatus, postea videmus scripta hac epistola ad Galatas, quę
 quę est ad Romę, siquidem elemosine quas in Ma dixit tunc a se parari, et
 procurari, in hac dicit iam exhibitas. Vide etiam in argum. huius ab
 finem. At hoc ratio elemosinarum non cogit, quia non semel ascendit
 Paulus Hierosolimam elemosinas latuit. Unde potuit fieri, ut post
 id tempus, quod significatur in hac epistola ad Galatas, iterum, atque iterum
 novas procurari elemosinas pro Hierosolimitanis pauperibus

[Faint, mostly illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Paraphrasi

Paraphrasis.

TEXUS.

1. Et simihī dubium non est, o fratres mei in Christo dilectissimi, fuisse quidam, et adhuc esse posse inter vos aliquos, utinam nemo sit, et mea mefal-
 lat opinio; Verum si quis forte apud vos est, quem aut impostorum technis,
 aut fallacia satanae, aut sua cuiusq; imbecillitas naturae deluserit, atque
 ita delusum propulerit in peccatum; qui ad ritus Mosaicos, à vera Resuchris-
 ti fide defecerit, seu de recta via rationis deflexerit liberius viuendi induc-
 tus cupiditate; qui non occultè ille quidem egerit, sed manifestè in delicto
 deprehensus sit, (ac velut auis inscia glutino, aut bestiola laqueo) præter
 spem, præterq; opinionem implicatus, et interceptus, ut nullatenus effugere
 queat; aut inficiando suas partes defendere; hunc ego correctionis aculeo
 tangi non veto; admonitionis, obiurgationisq; verberare excitari non pro-
 hibeo; necesse est enim ut è somno euigilet, et à satanae laqueis euadati-
 ber; resipiscatq; ab amentia peccati, et ad sanam mentem compellatur
 opportunè redire, sed illud vos obsecro, obtestorq; ut, (quod decet viros spi-
 rituales) qui, inquam, non modo firmiores infide, magisq; stabiles estis,
 verum in perfectæ vitæ stadio, studioq; plus etiam progressi, ita ut reliquo-
 rum patres sitis in ecclesia, Magistri, atq; Doctores, (et si ita loquili-
 cet) Spiritus Sancti quasi Vicarij, et administri substituti,) sic in salutem, et
 emendationem eius, qui lapsus est, incumbatis, elaboretisq; ut deiectum eri-
 gere, labentem subleuare, nutantem tenere velle videamini: et quem
 admodum illi, qui labentem domum, aut arcem cum appositis fulcris
 sustentare, tum nouis operis et diligentia adhibita instaurare, atque
 reficere conantur; et sicut ij, qui in dealbata tabula polita, et deaurata
 aliquid magni momenti scripserant; si quando literam, aut partem re-
 siderari vident, aut redundare, curiosius suppleant, emendant, et corrigunt;
 sic vestri muneris est, mihi credite fratres, Diligenter elaborare, ut de-
 linquentis vicia curentur, non virtus destruat, mores, vita, et spiritus non
 deformat, sed instaurentur potius, confirmentur, atq; in pristinum, aut
 meliorem statum restituantur. quod tunc demum feliciter prestabit, si
 non iracundè, et intolerenter in delinquentem animaduertatis; sed immiti
 seueritate deposita, blande, ac leniter, prout spiritus Christi vinctio vos do-
 cet, et decet planè animarum curatores, homini medicinam adhibeatis.
 Personæ ergo parcite, culpaq; vicium perimite. * Atq; hoc vobis eò magis
 animaduertendum est; quo magis vestra res agitur, nam et vos Somines
 similiter estis ad malum proni, tentationi obnoxij, nec à simili casu alieni;
 non est verò consonum rationi, diuersa, atq; sua, aliena vicia lance pon-
 derare. Non nequam in alterum tuleris sententiam, ea præiudicium tibi sit
 necesse est. An putas te nunquam tentatione vincendum? Ah, demens,
 nisi credideris nunquam minuste affuisse longè à lapsu, quam cum fir-

V. I. Fratres,
 et si preoccupa-
 tus fuerit homo
 in aliquo delicto,
 vos, qui spi-
 rituales estis,
 Suiusmodi ins-
 truite in spiri-
 tu lenitatis.

* Considerans
 te ipsum, ne et
 tu tenteris.



V. 2. Alter al-
terius onera por-
tate, et sic adim-
plebitis legem
Christi.

V. 3. Nam si
quis existimat
se aliquid esse,
cum nihil sit,
ipse se seducit.

V. 4. Opus
autem suum
probet vnus
quisq; et sic
in semet ipso tan-
tum gloriam sa-
labit, et non in
altero.

miozem te stare credidisti. Time ergo crudelitatem, et amplectere charitatē.
2. Charitas certē vera corruptionis magistra, Dux, et auctor. Hęc vna
docet mutuam laborantibus operam prestare; quę Christi diuina lex est,
dilectionem inter fratres inuicem commendantis. Dilectio ipsa vniuersam le-
gem implet, ac perficit; Hęc eadem Christi veros discipulos, ac verē Christia-
nos facit. Inuicem ergo quamuis grauias sint, et molesta, fratrum, id est,
aliorum hominum, qui nobis fide sunt adiuncti, et astricti peccata, et lap-
sus toleremus; neq; inde lapsus, et peccata, sed reliquas etiam molestias,
agritudines, iniurias, et quidquid onerosum sit pro viribus ferre, ac por-
tare parati simus. Quid? Hoc ne arduum, ac difficile? maiora Charitas
potest. etiam penas peccatis debitas, vt sustinere volumus, et vicissim sol-
uere, iubet. Sumus enim omnes vnius corporis membra; par ergo est, vt
alter alterius vicem suppleat; vt omnia integra, et salua consistant. Itaq;
dilectissimi vos inuicem subleuate, succedite oneri, instate labori, mutuo in-
uicem iuuate, et Charitatis munia, atq; officia expleuistis; vniuersam legem
seruastis; et Christo Domino debitam seruitutem exhibuistis; iudicem seue-
rissimum placastis, et eterne vite optata premia tenuistis.

3. Quod si quis fortē eam de se opinionem conceperit, itaq; senserit arro-
gantem; vt neq; de statu, in quo est, decidere vquam se posse existimet, neq;
futurum vquam, vt vilius egeat, vel auxilio, vel correctione; longē profec-
to aberrat, et declinat à vera salutis via; istumq; non Demoni associa-
dulatoris vani, et falsi laudatores deludunt; sed sua ipsius ~~credulitas~~
credulitas inepta, et fallax spes de mentis statu deiectam in arrogantie pro-
cipitium demittit. Quę enim maior potest cogitari hominis arrogantia, quā
se aliquid magnum dicere, aut existimare, qui de argilla, limoq; confectus, imo
de nihilo factus, Dei tantummodo beneficio in uita conseruatur. Cui verō
ita de se sentit, se q; tanti facit, vt non videat se nihil habere boni à se ipso,
sed multis potius esse subiectum infirmitatibus, et peccatis, hic planē cecus,
et amens est.

4. At quicumq; iudicio valet, et ad discernendum mentis integritate
prestat, quę non in eorum imbecillitate, qui sepius, aut grauius errore lapsi
sunt, ac proprijs sceleribus inquinantur; non in maiorum claritate virtu-
tis, quę satis extrā posteros attingit; non deniq; in externis hominum laudi-
bus, qui inscienter sepe, fucate sepius, et adulandi magis, quā vera dicendi
studio loquuntur; gloriam suam collocat; sed à se ipso dumtaxat querat, vitam
suam inspiciat, opera examinet, et equa lance ponderet; iterum, atq; iterum
ad amissim deducat, et lidio velut lapide, quod aurifici faciunt, diligentissimi
exploret, expendat, et si satis non est, instar metalli fusorum, igne etiam probet, sita
quidē fiet, vt solida, ac vera gloria exultet, et gaudeat; quę non ab errore,
et voluntate pendeat aliena, sed impropria ipsius conscientia sita sit; nec cum
tempore, et ventorum flatibus abeat, absit, euascat, sed nullis extremis mobi-
bus, aut aduersis incursibus obiecta, diuturna permaneat, firma, atq; stabilis

Handwritten signature or mark.

Onera
ui cum
tancto

Arrogant
amens est

Examin
sumptis

perseu

perseueret. O leuitatem incredibilem! O dementiam singularem? Nam
 5. Quotus quisque hominum est, quem sui ipsius non inebriet amor, fallat iudicium, eludat amentia, et desiderium glorie Aegyptijs tenebris non obuoluat? si quis ergo iudicium de se certum facere, et absque errore velit, non est, cur intra metas humanae districtioris se contineat; longius mente prospiciat, reor deturque diem illam magnam, atque terribilem; tribunal illud omnibus genibus formidandum; cum nullae excusationes eleuabunt delicta; neque minima efficient nostra aliorum grauiora flagitia; cum unusquisque de se uero sollicitus, pro se modo rationem reddet, suumque solus sententiae latae pondus sustinebit; atque ita nunc de suis sibi statuendum factis decernat; quem admodum apud equissimum, et seuerissimum iudicem tunc de omnibus credit decernendum; et erit quisquam, qui se mundum pronunciet a scelere; qui se eximat a communi hominum imbecillitate; qui se in eo loco statuatur, et gradu, ubi nec pericula metuat, neque aliorum admnicula unquam desiderare se posse speret? Non quoniam siquidem ita seuerie ex iudicij aeterni memoria sua opera perpendit, et ipse met, cuius portare interest, pondus examinat.

Pars secunda

6. Cum illa duo sint vera, et Christianae charitatis officia, quorum uno ij, qui dignitate, atque auctoritate superiores sunt, alios sibi subditos, (dum vel errantes sapienter instruunt, vel delinquentes benignè corrigunt) pia misericordia uiuant; altero ijdem ipsi, dum egestate, et inedia subleuantur a locis pestioribus, et qui bonorum temporalium copia abundant, exhibitis liberallyter elemosynis sustentantur: de priori Sactenus, de posteriore iam dicimus. Hoc itaque omnibus uolumus imprimis persuasum, si duplex hic ordo fidelium sibi semper constare debet, et charitatis vinculo manere firmiter distinctus, et colligatus; utile admodum, imo necessarium esse, ut profanus ordo cum sacro, laici, inquam, cum ecclesiasticis, populus cum clericis, et frequentibus inter se se certent misericordis, et charitatis auxilijs. Ergo, qui saeculi inter discrimina, tamquam oceani fluctibus iactati, consiliorum, admonitionum, doctrinae, precum etiam, et sacrificiorum auxilia a sacris ministris, et quotidie desideratis, et opportunè accipitis; non ne istos ipsos consiliarios, admonitores, magistros, doctores vestros, atque salutis vestrae apud Deum intercessores, deprecatoresque, pari vicissim ope subsidiorum adiuuare debetis? ut nimirum eandem omnes gentes uelificationem prosperè, ac feliciter ad aeternam uitam portum pariter contendatis? mutuis profecto auxiliorum uicibus decertare opus est; ut bonorum omnium, tum animi, tum corporis inter utrosque mutua communio fiat. Vos illi, tamquam spirituales animi patres, satores, et aliores, caelestibus pascunt alimentis; illorum vos etiam uitam temporarijs subsidijs alite, et conseruate. Fove te corpora eorum, qui animas vestras alunt; qui spiritalia accipitis, terrena praestate. Date victum illis per quos spiritum sanctum retinetis;

V. 5. Unusquisque enim onus suum portabit.

V. 6. Communice autem istis, qui catechizantur uerbo, et qui se catechizant in omnibus bonis.

ii agentes



non delicijs, inquam, sed cibo, et veste, quæ necessitas postulat, eorum corporis membra prosequimini, quorum diligentia, atq; labore spiritus vester, cum Dei gratia nutritur, sustentatur, ac vivit. Debiti hæc redditiō est, atq; solutiō, non libera, et spontanea rerum vestrarum elargitiō; quam tamen non inuitè, non coactè, sed spontaneè, ac liberaliter recipere debetis, magisq; benigna, et larga, quam parca, et dura manu pensitare; prius etiam, quam exigat, eam offerri par est.

V. 7. Nolite errare, Deus non irridetur.

7. Hæc ne risu excipitis? num putatis ista hilaritatis imagine, et visus ostentatione liberos iam vos, et immunes à præcepto? inani certè, atq; leuissima excusationis umbra vos defenditis, longè sanè abestis à recta via, et procul omnino aberatis ab scopo, et veritatis, et Christianitatis; si istud quidem, non inopiæ, sed auaritiæ per fugium queritis. Neq; enim, quam pleriq; falsò præterdunt, rei familiaris inopia, ac tenuitas, aut minus fortè laudabilis, (quam alij causam adiungunt) quorundam vita doctorum, excusare satis queunt; sordidi animi, atq; illeberalis pectoris auaritiā. Perditorum, id est, et flagitiosorum ingenium, ut risu excipiant, ut cauillis à se repellant, quæ à concionatoribus audiunt, vel minus sibi iucunda, vel suis moribus non consentanea. Quippe qui nec manu tangunt, nec oculis tenere possunt, aut supplicia æterna, quæ ipsis illi proponunt, aut promissa cælestia, quæ pollicentur, atque adeò vix sibi aliquando tandem futura persuadent. O Cæcitatē incredibilem! O miseriam deplorandam! Et hōs tu, qui Christiano nomine dignus videri vis, emulaberis? hōs tu sequaris, aut imitere? quid agis? O quisquis es, tu ne risu, et cachinnis excipienda credas, quæ, ipse magis risu dignus sis, imo fletu, ac perpetuis lachrymis, quòd non, ut credere oportet, credas. Istiusmodi imperitissimos cauillatores, et nebulones impudentissimos, sani, atq; sapientes viri merito vident, et Deus ipse, qui in cælis habitat, ut cum regio vate dicam, irridebit, et subsanauit, atq; in ira sua, et furore detur abit in tartara; tantum abest, ut ab his, et similibus horum Deus irrideri, aut subsanari suos, vel in suis ministris se patiatur. Non abibit impunitus, non abscedet in demnis, qui sacrorum ministris, qui sacerdotibus, qui ecclesiarum præsidibus, aut clanculum auferre tentabit, aut palam soluere, recusabit primitias, decimas, oblationes, munera, siue quæuis alia elemosynarum nomine debita. Non enim cum hominibus, sed cum Deo lis ista suscipitur. Dei est, ac Dei agitur causa, cum Deo res tota transigenda est; et putas te Deum posse fallere, aut cauillando eius præcepta negligere? sed nequis diutius in tanto errore versetur, et obrutus his forsam tenebris deinceps maneat; omnes vos obsecro me ultra indicendo progredientem diligenter, ut hactenus fecistis attendite. Docebo enim ex his, quæ oculis subiecta sunt, et in manibus sepe similè sapere consueuimus; quemadmodum ad ea, quæ sub aspectum non veniunt, sed mente tamen comprehendendi possunt, et certissima fide teneri, quasi per gradus quosdam ascendatis.

V. 8. Quæ enim

8. Non agricultura tamquam à re notissima huius rei, de qua agimus,



Malis
prelati
excusati
tum elan
ne.
Peccator
genium.

P. 2.

Deo
de
ai

liber

libet petere documentum; quod apertius, certius, et illustrius, magisque ad rem
 appositum vix aliunde quereretur. Nonne agricolæ sub horridam hyemem
 cum labore cultis, proscissisq; aratro aruis, varia, et specie, et genere diuer
 sa semina spargunt? nonne estate subsequente ijdem tamquam sui la
 boris premium patienter expectatam messem metunt? quid? in bona, ac
 fecunda terra, quæ iecerint semina, nonne cum favore plerumque re
 cipiunt? quantoq; fuit frumenti satio maior, atq; copiosior, nonne tan
 to copiosorem, maioremq; inueſunt messem in aream, domumq; repor
 tant? Tamen hoc perspicuum est, et manifestum, neq; ex hordeo siligi
 nem, neq; ex siligine panicum, aut ex milio hordeum procreari, aut me
 ti. Unumquodq; enim suam naturam, speciemq; retinet. Unde illud verum
 verbum est, satis vulgo usurpatum; ut sementem feceris, ita et metes. quod
 non modo de specie, ac genere, sed de qualitate, numero, bonitate, copia
 q; intelligendum; imo de loco, etiam tempore, diligentia, reliquisq; adiunctis,
 quæ sationem, vel præcedunt, vel comitantur.

seminauerit
 homo, hæc, et
 metet, quoniam
 qui seminat in
 carne sua, de
 carne et metet
 corruptionem;
 qui autem semi
 nat in spiritu,
 de spiritu me
 tet vitam æter
 nam

Agendum quæ de semente dicimus ad spiritualia transferamus. Est itaq;
 (si quis nesciat) Christianus homo tamquam agri quidam colonus, semina
 sunt opera, actiones merita, aruus ager duplex, et caro, et spiritus, hic fecun
 dissimus, mundissimus, optimè etiam cultus ager, illa sterilis vliginosa, spiritus
 sentibusq; refertissima terra, ut autem sementi messis, ut sationi fructuum
 collectio, ita meritis, et operibus premium respondet, ac merces. Quicumque
 igitur carnis suæ aruum delegerit, cuius incultura operam locet, Laborem impen
 dat, cui semina mandat, is non modo operam perdat, et Laborem: Verum etiam,
 quod maxime dolendum est, ex humo peste infecta, et aruo senticosa pestem
 sibi perniciosissimam, exitiumq; sempiternum parauerit. et Sanc pulcherri
 mam ex carne, quam coluit, metet messem. E contrario vero, si totam diligen
 tiam, et animi sui neruos eo intenderit, ut spiritus aruum bene colat; hoc, qui
 bus cumq; modis poterit, excipiendis, concipiendisq; seminibus aptum reddat =
 (quæ semina et integra, et pura, et totius corruptionis omnino expertia, esse oportet)
 Dubium non est, quin ex vberifecundo, assidueq; culto agro, non solum in
 gentes famæ, gloriæq; manipulos, apud homines, vel inuitus, et recusans ipse re
 cipiat, sed et apud Deum, quod maxime optat, quodq; primum est, ac potissimè
 felicitatis, et immortalitatis, gaudiorum, et præmiorum immensam messem
 lubens, ac lætus colliget, reportabit, perfructur, qua collecta non quidem per
 aliquot definita sæcula, sed per longissimas, et sine fine mansuras æternitatis
 vitam beatam in conspectu Dei, ac summi boni comprehensione propagare lice
 bit. Hæc est o christi alumni, o mea viscera, hæc est messis beneficentiæ, mi
 sericordiæ, liberalitatis, elemosinæ, pietatis fidei, Charitatis, in spirituales paren
 tes, spiritus, inquam, vestri satores, et doctores libenter impense, ac liberaliter co
 llate.

9. Sed o mihi chara pignora, qui aut vestra sponte commoti, et inducti, aut
 nostra adhortatione incitati, et impulsivi, et ad benefaciendum propensi, et in

v. 9. Bonum
 autem facietis



non deficiamus,
tempore enim suo
metemus non de-
ficientes.

Largiendo liberales esse cupistis; ergo ne ab inchoato bono desistere difficul-
tates ullæ vos cogent. quæ nisi occurrant, et vincantur, virtus perfecta esse
vix, aut ne vix quidem potest. Attendite queso ad præmium, nullus erit
tantus labor, sudor, molestia, quam non existimetis facile superandam.
Hoc enim in omni virtutis opere, sed in misericordia, et benignitate ma-
ximè, certum, ratumque est. Quæ namque tam iusta causa, quæ difficultas
tanta, ac tam grauis obstare queat? propter quod à benefaciendo deficere,
aut institutum liberalitatis opus, prætermittere oporteat? Num impenden-
tis timor egestatis? At ipsa beneficentia, et largitas, magnæ diuitiæ sunt.
Num ingratus animus accipientis beneficium, seu obliuiosi signa pec-
toris, minimèque agnoscentis beneuolentiam? At non ab homine, cui
benefacitis, sed à Deo, cuius gratia facitis, boni seminis fructum expecta-
re debetis. Num vitæ eius, cui officium præstatis, inquinamenta, et sor-
des? At neque quis ille sit, sed cuius personam sustinet, attendere necesse
est. Quæ igitur causa reliqua subest, quapropter animo consternari, et à
benemerendo deficere, aut cessare iure valeatis, præsertim cum de tenuissi-
ma, et exigua admodum semente, plurimam messem, et maximam in hor-
rea collectum iri speratis auspice, et cultore Deo? At dura nimis, et impa-
tiens mora, longè, atque diuturnæ dilationes, fateor, sed longanimitate expecta-
tione ferendæ: messem, messem, inquam, expectamus, cuius præripere tem-
pus, et anteuertere, nulla ratione possumus. Quanta, ô Deum immorta-
lem, patientia agriculturalum, quos hyemis horror, frigoris asperitas, niuium,
pruinarum, gelu rigida facies, assidui laboris improbitas, et imbrium tardi-
tas, ac pene desperatio ab officio minimè reuocat, una spes sustentat mes-
sis. Hæc animos addit, ut durare queant, donec expectata diu adueniat es-
tas, quam certò norunt segetibus secandis, metendis, colligendisque frugibus
affuturam. enim verò quanto gratior, quanto iucundior, quanto præstantior
erit præclaræ factorum messis, spiritualium bonorum collectio, et impartitio?
ubi non haborem, qui metit, non sudorem, qui terit, non puluerem, qui ven-
tilat, Saurit, absorbet, deuorat, sed omnes præ lætitiâ gesticantes, præ gaudiis
tripudiantes, præ admiratione exultantes, patientiæ, longanimitatis, expec-
tationis, misericordiæ, beneficentiæ, eleemosynarum, liberalitatis, optimis
et copiosissimis fructibus, redundabunt. ô Beatissimas animas, ô mentes
felicissimas, quæ iam tantorum meritorum securâ mercede fruuntur? et ô
nimium fortunata corpora, quæ nunc licet humus operiat, aliquando tandem
immortalitatem adeptæ, ab æquissimo, et liberalissimo agonothetæ victorie
præmium, aureolam accipient, et coronam.

V. 10. Ergo dū
tempus habemus,
operemur bonum
ad omnes, maximè
autem ad domes-
ticos fidei.

10. Quid ad hæc dici, aut contra responderi potest? nihil opinor, nam ra-
tione perspicua, et argumento grauiissimo, quis se non victum, atque adeo
victum fateatur. Reliquum est igitur, ut quæ certa cognitione tenetis, ea in
opus deducatis. Ergo, cum præsens vita breuissimo temporis curriculo definita
sit; quod nobis (satis exiguum quidem illud) spacium datum est ad colendam



virtutem, ad recte, et studiosè agendum, ad meritorum sementem faciendam,
 quicquid, id est, (quod ex Dei providentia, et benignitate conceditur) diligenter,
 accuratèq; caueamus, prospiciamusq; ne frustra elabatur; ne sine studio, et exer-
 citatione bonorum operum prætere sinamus, ac præteruolare: volat enim, ut qui-
 dam sapienter ait, irrevocabile tempus. Equissimus autem iudex pro sua sapi-
 entia tempora diuidens, atq; omnibus rebus iuxta naturam, et conditionem
 cuiusq; suas partes recta lance distribuens, hominum maximè curam, ac provi-
 dentiam habuit. unicuiq; igitur nostrum suum tempus est certum, ac fixum;
 cuius lineam extremam, aut ambitum prætergredi licet nemini. que ergo ista
 est temeritas tanta? que tanta dementia quorundam mortalium? ut va-
 gi, vacui, immunes, liberi à negotio, ab opere, à sollicitudine, et cura, nec mo-
 dò ocio inertes, et ignavia diffuant, sed turpi etiam inhiantes lucro, voluptati
 addicti, libidini seruietes, etatem, quanta quanta est, agant, transigant
 vitam, et tempus perdant infelicitèr. Ah miseri! Putatis ne cum semel-
 abierit, cum discesserit, cum euauerit, iterum tempus vestrum rediturum?
 Tempora labuntur, quis nescit? more fluentis aque. quid? inquis, elapso
 uno tempore, succedit aliud. Non inficior, cum tempus nimirum, quod reo præ-
 fixum est, absoluitur, suum iudici tempus succedit, cum tempus benefaciendi
 necesserit, exigendi rationem de benefactis tempus accedet, evolutò serendi tem-
 pore, tempus adueniet metendi. finita hyemè frigida, calida subit æstas. Itaq;
 non omnibus idem tempus, sed suum singulis. qui suum verò vite functus rō-
 erit, minime illi profuerit alienum. Ergo dilectissimi dum tempus habemus,
 dum nostrum est tempus, et tempus acceptum, et oratum est Deo; accingamur
 operi, strenuè laboremus; præclara virtutis edamus documenta, bene agen-
 do iudici equissimo nos probemus; Syberna inter frigera meritorum semina,
 larga, atq; liberali iaciamus manu; hoc est, dum vivimus hic in hoc cala-
 mitoso seculo, de omnibus bene mereamur, omnibus benignè largiamur, be-
 nefici simus ad omnes, pijs, atq; misericordes. quod si viventes, etiam alienos,
 etiam hostes, etiam inimicos, et perduellos misericordia nostra, liberalitasq;
 debet complecti, sic etiam ad infideles ethnicos, Turcas pertinere, et longissimi
 etiam remotos Nauathacas, ceterosq; novi orbis incolas Christiana pietas,
 charitasq; attingit; quanto magis domesticos fidei, hoc est, eiusdem fidei, re-
 ligionisq; consortes, fratres nostros Ecclesiæ catholice, matrisq; nostre filios?
 Atq; inter hos nonne ad illos imprimis se extendet, illosq; fouebit, quos fidei
 parentes, religionis authores, pietatis magistros, spei sanctæ altiores recogno-
 uimus, et vie, qua ad Deum tendimus duces, principes, et Doctores veneramus?
 Hi sunt verè domestici, quos vel obliuione prætere, vel negligentia ab ipsius
 partibus omittere nefas sit. In extremis verò numerare, et ceteris, non tantū
 tenuioribus, sed mediocribus equare etiam indignissimum, primam, autem,
 et maximam adhibere curam, ut hos vel sanguine nostro, si opus sit, ne
 dum temporalibus subsidijs, egentis subleuemus, in fame sustentemus,
 in nuditate vestiamus, et reliqua ad vitæ cultum, ornamentumq; prodig-
 nitate conseruandum, opportuna tribuamus, dico esse necessarium.



Pars 3.
Paraphrasis.

V. 11. Videte qua
libus literis scrip
si vobis mea manu.

11. Attendite queso O Galatae. (quos ego quasi viscera mea diligo) et serio perspicite, ac ponderate, qualis, quantaue sit hæc meæ manus scriptio, quam ad vos dedi; intimis sensibus perpendite, pensate, et aduertite, quam sit longa epistola, vt nihil meo desiderio deesset; quam plena doctrinæ, quam non vacua sententijs, vt pluris facienda sit vobis; cernite, et notate, quo stylo, quoue characterè sit exarata; quanta libertate sermonis, quamue absq[ue] timore hominum, quos in Dei causa non censeo metuendos; quanto etiam cum animi mei sensu, et vestræ dolore iacturæ, quam grauius extimui; et quæque talissem, si certò credidissem à fide vos lapsos, ad legem defecisse. Manus ipsa testis est, nulli me labori peperisse, vt vobis prodesse possem; quamobrem non aliena manu, vt sepe solitus sum, sed mea ipsius, ac propria, epistolam totam scripsi, elementarè efformaui. Primum cauens ne fortè, vt ementitas, ac supposititias meas literas reiiceretis, aut alienas ficto nomine fallentes reciperetis: deinde vt vestram in me beneuolentiam tanquam discipulorum in dilectum magistrum, excitarem; quæ si in animis vestris, vt confido, extat, ac viuuit, vt antea, nec suscepto labore frustrabor, nec fructu fraudabor, quem ex fide vestra semper optaui. Ergo exarata mea manu tam longa, et magna epistola, et sincerum vestri amorem, et cautè haud dubiam veritatem præsefert; diligentiam præterea sedulam, non admittentis à manu onsem, posthabentisq[ue] obmurmurantis vulgi voces contra mirus speciosos characteres vestræ utilitati, ac salutis, ingenue testabitur: ac tandem cum mei magnitudinem animi opprobria, persecutiones, odia despicientis pro Christi predicanda fide egregie demonstrabit; tum apud vos doctrinæ veræ, ac catholice, quam absq[ue] furo, ac fallacijs vobis prædicauit, testimonium certissimum derelinquet, quod palam ostendat, quo obtractantium aduersariorum ora facile valeatis obstruere.

V. 12. Quicūq[ue]
enim volunt
placere in car
ne, hi cogunt
vos circumcidi.

* Tantum vt
crucis Christi
persecutionem
non patiantur.

12. Nam hoc vobis persuasum volo (quod plurimi refert ad technas ad uersariorum, falsasq[ue] artes detegendas, atq[ue] vitandas) eos omnes, qui vobis intrudere student, legis ceremonias, eo ingenio esse, eorū animo viuere, vt suum studium, cogitationemq[ue] ponant in humanis laudibus, carnalib[us] gloria. O inane uitam eximiam, O ridendam vanitatem! Tu hominibus placeas, Deo placere non curans! Tu gloriosus in carne mortali apparere velis, immortalitatis gloriam despiciens! Natus ipse amens es, atq[ue] ad totius boni experti consilij. * Igitur hoc scitote, quotquot in eo, quod foris apparet, quod iuxta faciem est, quod oculis carnis cernitur, nempe in ceremonijs carnalibus, in circumcisione corporea, in ritibus Mosaicis, in legalibus obseruantijs apud homines probari, Iudeis præsertim suis contribulibus grati esse desiderant, ac magis ad opera carnis exequenda, quam ad spiritus fructus comparandos propensi sunt; hos, inquam, cognoscite, hos notate oculis, hos mente designate; hi ipsi sunt proculdubio, qui ~~non~~ enixe laborant, qui acriter pugnant, quæ totos neruos intendunt, omnemq[ue] lapidem



mouent, ut circumcissionis signaculo vestrum corpus insigniri patramini. Quoinope
 re illud vnum dumtaxat sibi proponunt, idq; pretendunt, ut hoc quasi clypeo se
 protegant, hoc se thorace defendant, hoc se galea communiant, ne telis tan
 gantur, iaculis transfigantur, spiculis vulnerentur, quæ inimici crucis, præ
 sertim Iudaicis addicti sacris, aduersus eos iaciunt, et furiosè vibrant; qui ^{crucis}
 eis præconia extollentes, et ubiq; prædicantes, eo ipso legem antiquatam
 ostendunt, et sine vlllo fructu carnalem produunt esse circumcissionem. Enim
 verò, ita erga genus suum affecta est gens Hebræa, ita arctè tenet, itaq;
 tuetur acriter eas prærogatiuas, quæ suæ carni, hoc est nationi peculiare
 sunt, ut nihil gratius, nihil optabilius habeant, quam, ut alijs prædicetur
 nationibus, nullam omnino patere ad salutem viam, nisi, sibi ipsis, Iudæis,
 inquam, traditam à Deo legem, profiteantur. vnde fit, ut crucem, crucisq;
 absectores capitali insectentur odio, ut pote qui vident, cum eius prædicatio
 ne stare suam legem non posse, quæ omnem spem, fiduciamq; salutis
 humanæ docet in vno crucifixo ab ipsis Iu Christo, esse debere positam,
 atq; defixam. Hæc itaq; odia, et insectationes suæ gentis, ut effugiant istias
 sententoras, gloriæq; humanæ audidissimi assectæ, vos vel inuitos, et coactos
 circumcissionis sacris initiatos cupiunt, idq; tantopere nituntur, ut sepe perfe
 cerint, quod ne vestræ orationi contingat, meæ curæ est, ac vestræ diligentia.

13. Illud verò manifestum est (ex quo istorum somnium propositum quale
 sit in circumcissione procuranda facile colligitur) minimè eos quidem celo le
 gis propagandæ, ac colendæ, moueri, ac duci; cum nec vllus eorum, qui ad cir
 cumcissionem adducti sunt, seruet totam legem; nec ipsi circumcissionis
 magistri seruandam arbitrentur, et si sciant, aut scire debeant, sub maledicti
 dira comminatione omnem circumcisum ritu Moisaico ad custodiam totius legis
 teneri. Quare ablato hoc celi prætextu, sicq; decreto, quid aliud intendant somni
 nes ambiciosi, sui amantæ, et gloriæ mundi sumus cupidissimi, nisi humana
 laudum præconia ex vestra carne circumcissionis cauterio notata venari, ac
 cupari q; ex vestro dolore sua gloriæ lætitiâ? Iudunt certè vos, ac velut stul
 tos irrident; dum ex vestro exulcerato corpore illi iactationis suæ materiam nan
 cisuntur; imo cum erimine, ac perniciæ animæ vestræ, sua opera ad professio
 nem Iudaicam vos aduenisse, apud suos Gentiles passim, et palam gloriantur.

14. Verumtamen esto, ita, ut libitum est, in carne vestra, etiam cum dolore,
 et dedecore discipulorum illi gloriandi materiam exigant; in legalibus tuer
 dis obseruationibus commendandi sui causâ inquirant, nationis suæ gra
 tiam inuicentes laudum humanarum aura dulci parsantur; in eo, ut placeant
 hominibus, atq; apud eos opinionem bonam comparant, vel maximam par
 tem, vel totum suæ gloriæ pondus statuti velint, crucem autem velis, remis
 q; fugiant, et deriuatas ex crucis prædicatione iniurias auersentur; persec
 tiones horreant, cruciatus, atq; tormenta excreentur, oderint, pertimescant.
 ego quidem ita sum affectus, ut nihil æque despiciam, atq; humanas laudes; ni
 hil magis auerter quam fastium, atq; famam apud populum; nihil tam perhor

V. 13. Neque enim qui cir
 cumciduntur
 Legem custodi
 unt: sed volunt
 vos circumcidi,
 ut in carne ves
 tra glorientur.

V. 14. Mihi autem absit glo
 riari, nisi in cruce
 Domini nostri Je
 su christi, per quæ
 mihi mundus cru
 cifixus est, et ego
 mundo.



rescam, quam mundanas commendationes. Et enim adeo absum longe à mun-
di gloria affectanda, ut quidquid in mundo gloriosum est, iam omne de-
testor, atq; abominandum putem; unam crucem semper excipio; in qua
Dominus noster Iesus Christus pependit; quæ mihi, et gloriæ, et gloriationis
sufficiëntissimam causam, materiamq; suppeditat. Itaq; dum pro Christi
cruce patior, tunc gloria exulto, labores, grummas, probra, ignominias, car-
ceres, vincula, tormenta, cruciatus, pro fide crucis, cum subeo, tunc glorian-
di occasionem accipio; tunc me ad triumphum rectè progredi existimo.
Dicat, qui vult cum mundo regnare, nomen ipsum crucis absit non mo-
do à corpore, sed etiam à cogitatione, oculis, et manibus; ego verò hoc idem
tidem repetam, et clara voce inclamabo. Mihi absit gloriari nisi in cru-
ce Domini nostri Iesu Christi. nec modo nomen crucis semper erit in
ore, in corde, in oculis, in manibus, in toto corpore, sed me cruci confixum
esse semper optabo, ex ea pendere, summa erit gloria, eius experiri cru-
ciatus, sustinere opprobrium, numquam non amabo, et ardentè con-
cupiscam. Gloriantur alij in diuitijs, in delicijs, in potentia; in imperio,
in opulentia, et affluentia omnium rerum Sæculi gloriantur. Ego
profectò istam gloriam vniuersam, vanam, caducam, futilem reputo;
odio prosequor; ut rem perniciosam, exitialemq; perstrepesca, et perti-
mesco. Nam si qua gloria expetenda est homini; hæc à cruce pendet, è
cruce manat, à cruce gloriæ omnis initium est, in cruce, abiq; periculo
quiuis potestatem gloriandi habet; extra crucem nemo quidem. Cru-
cem, inquit, Domini nostri Iesu Christi. nimirum, inquit, ille pro nostra
salute, mortem appetijt, quam reuereri, et Patriæ adoratione vene-
rari piùm est; quam per imitationem eiusdem Domini subire gloriosum
est; per quam mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Per eam si-
quidem, et ego simul cum meo imperatore Christo de insigni perduellione
victoriam reportavi, triumphum egi, præclarum erexi trophæum, hoc est, mo-
riens mundum occidi, crucifixus cruci affixi mundum; et ut ille me, sic
et ego illum toti orbi Gentium irridendum, illudendumq; proposui. viuit
ergo ille sibi, viuat alijs sæculi filijs, alumnis suis viuat, hoc illicia. trahit
sonorum, illos illecebra dignitatum capiat, quoscumq; velit per gesta præ-
clara inuitet ad gloriam; mihi planè non modo non viuit, sed ignominiosa
morte peremptus interiit; quin et ego quamquam Deo viuo, et cum Chris-
to vitam spiritualem conseruo; tamen isti velle et pompis eius, spec-
taculis, honoribus, gloriæq; cunctis nominibus, iam diu mortuus taceo,
Sumo opertus, et obsitus puluere, nec eius inuitamenta sentire, nec eius
possum placere votis, aut gratus esse suffragijs. Mundum autem non
alium hæc intelligi volo, nisi illum, qui ex aduerso hostiliter opponitur Deo;
qui in maligno positus est; qui numquam non quæ contraria sunt virtu-
tibus, et præsertim earum reginæ charitati somniat, cogitat, molitur, ac
machinatur; illum, inquam, qui amore sui, et pulchritudinis visus, quam



à creatore Sabet, oculos inescat hominum, corda demulcet, animosq; lenocinio
 trahit suarum diuitiarum; et maximè appetitu laudis, et gloriæ, ita decipit,
 ut post Sabito Deo, eiusq; diuinis mandatis retroactis, rerum mutabilium,
 caducarumq; optum flagret Sumana mens cupiditate, et desiderio; illum
 appellatione mundi significatum volo; ille ipse est, qui venientem ad se ver-
 bum patris, nec recepit, nec cognouit; imo in crucem sublatum, in ea, quam nos
 tri Charitate induerat, Sumanitate, omnibus exagitatum contumelijs, iniurijs,
 cruciatibus neci dedit. sed bene Sabet, non valet iactare se, aut debitas pe-
 nas non dedisse, aut tantifacitoris audaciam, flagitij, temeritatem, facti
 atrocitatem, sceleris immunitatem impunitam abijisse. Passus est supplicium,
 quod intulit innocenti, paratam crucem iusto Mardocheo impius tulit. **Amari**
 et ruina domus cum spiritali Sansone simul obruit Philistinorum Principes;
 et inimicam turbam deleuit. Propheticus Eleazarus Elephantum, cum ea,
 quam portabat bellatorum manu mortem libenter subiens, imo cum toto
 aduersariorum exercitu, interfectum debellauit. Apertius loquar, similitudi-
 nem carnis peccati missus à Deo Patre filius unigenitus induens, et per eam mun-
 dum peccati reum in se representans, mundum, et quicquid ad mundum per-
 tinebat, dum cruci affigitur, secum crucifigit, dum irridetur, irridet, dum spo-
 liatur, spoliatur, dum necatur, enecat, atq; arcana et inuisibili ratione traducit
 confidenter palam, et triumphat in semet ipso. Huius ego mundi ciuis eram,
 Suius inquam feræ bestie, membrum reputabo, super hunc Elephantum aduer-
 sus Dei populum militabam olim, cum criminibus opertus, inscius, atq; ignarus
 celestis viæ, vitam cum hoc nequam seculo mortalem, moribundamq; transi-
 gerem. quocirca, et ipse, cum mundus crucifixus est, ac mortuus, simul sum
 crucifixus, et mortuus; itaq; per Christum dominum, et mundum mecum, et
 ego cum mundo de vite peccatriciis statu deieci, morti concessimus, ut iam
 nec mundus aurem mihi vellere queat, ut mundana desiderem, nec ip-
 sum ego colere valeam, qui vitæ sim expers. Verumtamen cum resurgens
 Christus Iesus à mortuis, me secum ad vitam; non illam pristinam, ac sce-
 leratam, sed nouam, piam, sanctam, reuocauerit; quoties mundum illum mali-
 tiæ uniuersæ, fecisq; antiquæ receptarem contemplan, toties mihi ante oculos
 obuersatur non mundus socius, aut candidus comes, sed immundus hostis, atq;
 ater perduelis; imo quod verè est, sanie scatens cadauer, putidum, abominabile,
 eiusq; gloria non magis appetenda, quam stercus, et vermes, apparet.

15. Etenim, si quid laudabile, gloriosum, atq; ad deo charum, et amabile est, præ-
 cipue eorum Summo Deo; viuat oportet, et in Christo, atq; per Christum vitam
 Sabet, necessum est. Si filius enim dilecto sibi complacet Pater, membra viuæ
 Suius, qui in diuinitate unigenitus, in Sumanitate primogenitus appellatur,
 filij sunt pro adoptionem, dilecti Deo, inserti Christo, eius mystici corporis
 partes. Si per baptismi gratiam regenerati, per crucis meritum à scelere
 protoplasti, atq; ab omnibus proprijs criminibus expiati, atq; emaculati, per re-
 surrectionem Saluatoris ad exemplar ipsius renouati, eidem adunati, et in

V. 15. In Chris-
 to enim Iesu,
 neq; circumci-
 sio aliquid
 valet, neque
 preputium, sed
 noua creatura.

ritatis. Mittentes rete. Non ocio,
sed operi addictos. Erant piscatores.
Quod munus non exiguum analo-
giam habet cum Apostolico. Haec
tria videtur dominus considerasse, =
quibus si homines non inepti, sed
aliqua ex parte apti iudicati sunt ad
vocationem, et Apostolici muneris
functionem. Quae tria inter arma
Apostolica relata videntur a Divo
Paulo Eps. 6. dum eos veritatis cin-
gulo, iustitiae lorica, et calceis agilita-
tis ornatos vult. Iustitia et caritatem
indicat, pedes agiles sedulitatem ope-
randi, seu praedicandi, veritas escam
piscium rationalium ostendit. Nullo
enim cibo aequae capiuntur homines
ut veritate. v. c. 1. v. 1. N. 107.

Et ait illis et infra, Et vocavit
eos. vide. Vocatio. vide etiam cap.
1. vers. 1. Num. 58. et 60. ubi agi-
tur de electione Apostolorum.

In laboribus vos
fortis efficit. c. 3.
v. 12. N. 13.

venit

et Co. ubi agitur de electione Aposto-
lorum.

Venite post me faciam vos fieri pisca-
tores hominum. Vocat ad suam scho-
lam, et disciplinam, ubi docebit eos ar-
tem, seu scientiam capiendi, et expiscan-
di homines, quæ summa scientiarum, et
imo ipsa vera sapientia, per quam
constat munus Apostolicum. V. C. p. p.
rogatiuam dignit. Apost. C. I. V. I. N. 66.
Statim relictis retibus (infra) et pa-
tre Secuti sunt eum. Hic describitur
prompta atque perfecta obedientia
cum renuntiatione omnium rerum
huius mundi. Præmia huius humilli-
mæ obedientiæ explicantur. C. I. V. I.
N. 117. et 118. In prærog. 12. Dignit. =
Apost. Conferri potest hæc obedientia
cum Abrahæ obedientiæ, et præmia
cum præmijs. V. C. 3. V. 8. N. 5. et 6.

Dominica 2. Adventus

Matt. 11. 2.

Ioannes autem cum audisset in
vinculis. Quam varis sortes Ioan-
nes in vinculis, Herodes in purpura:
Sed sic purpuratus ex delicijs in punc-
to ad inferna descendit: ille ex vinculis
per patientiam scandit ad regni glo-
riam. V. Patientia: Pana, Infernus.
Es tu qui venturus es? Nomen est
Christi domini venturus, et expecta-
tus. V. C. 3. V. 11. N. 14. et C. 4. V. 5. N. 19.
Renunciate Ioanni quæ audistis

et vidistis. Boni testes auriti, et oculo-
ti. C. I. V. I. N. 37. Repraesentandi-
falsi testes, qui quæ non viderunt Iura-
mento contestantur, siue quæ non ipsi per
se, sed per alios audierunt. V. Iuramentum.
Cæci vident eum. Miraculis confirmatur
fides. Ideo Apostoli hoc dono claruerunt.
C. I. V. I. N. 97. 98. 132. 133.
Beatus, qui non fuerit scandalizatus,
in me. Cum scilicet viderit crucifixum.
Beatus in spe. V. Beatitudo. de crucis
scandalo. C. 5. V. 11. N. 10. et C. 6. V. 12.
N. 14. Beatus vero dicitur, quem
crux Christi non scandalizat, quoniam
per eam, ut cæli scalam, ad beatitudinem
æternam perveniat. V. C. 6. V. 14. N. 21.
Vide Crux.
illis abeuntibus cepit dicere de Ioan-
ne. Nos absentes, aut adulando coram
testibus laudamus; aut sine testibus de-
traendo, et obmurmurando lædimus.
In utroque digni supplicio. V. Detractio.
Christus e contrario, absentem abeun-
tibus testibus (hoc est discipulis Ioannis)
laudat, et turbis commendat in quo debi-
tum honorem exhibet ei, qui pro veri-
tate in carcere tenebatur. Officium vere
Charitatis. V. C. 6. V. 2. per totum. Igi-
tur imitandus Christus in sanctis viris
laudandis: vituperandi, et fugiendi de-
tractores. V. C. 5. V. 13. et 14. et 15. N. 12. 13.
Quid existis in desertum videre? Arun-
dinem vento agitatam. Interrogatio bro-
nica negat, aut contrarium vult intelligi.
Non Ioannes, ut arundo inconstans, Sac

illac vestitur, ut iam unum, iam alterum
 dicat, sed fortis, firmus que stat, ut victrix pal-
 ma; nec Herodiadis flatu, atque impe-
 tu persecutionis ullo modo mouetur à
 veritate, quam prædicauit. In vinculis
 idem est, qui antea, et qui Christum
 digito demonstrauit solutus, ac liber,
 eundem ex vinculis curat suis dis-
 cipulis notum fieri. Hæc Ioannis
 constantia, ac fortitudo imitanda, qui
 pro testificanda veritate caput gladio
 obtulit præcidendum. V. Martyrium,
 constantia, fortitudo, veritas.

Et omnem molli bus vestitum.

V. sæculum nequam. Capillitium
 vestis nuptialis.

Prophetam. idest virum sanctum,
 qui sua vita portendit æternam.

V. C. 1. V. 1. N. 56. Et sane austeri-
 tas huius sancti manifestabat qui-
 dam ab ipso expectari meliorem sta-
 tum vitæ. Vide Fides.

Ecce ego mitto angelum meum etc.

Plus est angelum esse, quam prophe-
 tam. Addit enim munus sublime,
 ac præstantissimum: nempe mis-
 sum à Deo, et non qualitercumque,
 sed cum officio præcursoris. Cui da-
 tum est Christum demonstrare, et
 testificari. Ad quod munus magna
 sanctitas, virtutes que eximia ne-
 cessariæ sunt. Quare Apostolicas

prærogatiuas magna ex parte
 illi posteris applicare, præsertim

aug. 10. 12. V. C. 1. V. 1. N. 86. et 93.
 et 110.

Infesto Conceptionis
 B. V. Mariæ. Dei genitrici Decembri
 8.
 cis. V. Maria.

MATH. 1. 1.

Liber generationis etc. Per Sunc
 Librum constat Dei promissiones im-
 pletas, que factæ fuerant antiquis
 patribus, præcipue autem Dauidi,
 et Abrahamo. De his promissioni-
 bus late disseritur C. 3. maxime circa
 V. 16. Abrahæ dictæ sunt etc.
 Christus ergo natus de virgine
 Abrahamica stirpis, et Davidicæ,
 pignoratam verbum Dei liberauit
 implens omnes promissiones factas
 Patribus. sic debemus nos expecta-
 re suo tempore, que à Christo nobis
 promissa sunt ad implenda. Imo cum
 ipsæ promissiones contineant gra-
 tiæ benedictionem, et hæreditatem
 vitæ æternæ, certissimi esse debemus,
 qui per gratiam fidei Christo inser-
 ti sumus, et cum eo vnum corpus =
 efficiamus, si perseuerauerimus usque
 ad mortem, saluos nos esse futuros,
 et recepturos hæreditatem quando-
 quidem iure filiorum ad eam voca-
 ti sumus. V. C. 3. V. 27. et 28. et 29.
 item C. 4. V. 5. et 6. in quibus locis
 hæc omnia, que breuiter innuimus
 fusi explicantur. ut facilius quod
 quæris inuenias. consule indicem.
 verbo. Promissio, Adoptio, Benedic-
 tio, Hæreditas, Spiritus Sanctus,
 Gratia.

De qua

De qua natus est Jesus. V. C. 4. V. 4. Circa illa verba: Factum ex muliere. N. 11. et seqq.

Nec caret mysterio quod non colligat = Evangelista directe Jesum Christum filium esse vel Iosephi, vel Iacobi, et cæterorum, sed Maria, que cum desponsata esset Iosepho, non poterat non esse ex eadem tribu, et familia, ut scilicet intelligas virginem non de viro, sed de spiritu sancto genuisse. nec à suis maioribus hereditario iure accepisse originale peccatum, que non tam ab eis, quàm à filio habeat quod est, et quod per gratiam est. V. C. 4. V. 4. N. 16. et C. 1. V. 3. N. 2.

Dom. 3. Aduentus.

Ioan. 1. 19.

Miserunt Iudæi Sacerdotes, et Leuitas ad Ioannem. In Sac legatione apparet, et Iudæorum insolentia atque superbia, qui ut declinent à Christo, et sub aliquo boni prætextu relinquant, diuertunt ad Ioannem; et maxime splendet Sumilitas s. Præcursoris, qui honorem oblatum à populo repellit, et adnuit. De illorum superbia. V. Iudæus. Inanis gloria Insolens. De Humilitate. V. Humilitas.

Tres autem Humilitatis gradus insinuat nobis sic diuinus præcursor. 1. Non sibi arrogat, quod suum non est. Cum ait: Non sum ego etc. 2. sua sorte contentus fateatur verè quod est, ibi, Ego vox etc. 3. Maiori libenter cedit ad eius se pedes prosternens. Ex eo loco Ego baptizo in aqua

Uique, Cuius non sum dignus etc. His tribus gradibus Sumilitatis iure optimo respondeat præmium. De quo V. C. 1. V. 1. N. 118.

Potest in Sac concione aliquid contra ambitiosos afferri. V. C. 1. V. 1. N. 179. ubi late de Sac re.

Dom. 4. Aduentus.

Luc. 3. 1.

Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæsaris etc. Cur ad Sac uique, tempus distulit Deus aduentum Christi. V. C. 4. V. 4. N. 42. 43. 44.

Animaduerte qualis esset hominum reliqua turba, cum hi, qui gubernaculata nebant, tales essent, ut pudeat eos vel nominare. V. qualis fuerit mundi status ante aduentum Christi. C. 1. V. 1. N. 109.

Non poterat ergo mundus non agnoscere aegritudinem suam, et necessitatem medici, redemptoris que sui. cum prope interitum esset. Quæ cognitio expectabatur ut necessaria præparatio tanto Saluatoris. V. C. 3. V. 19. N. 1. 7.

Super Ioannem, quo affectu, et ardore Charitatis prædicarit Ioannes ex simili affectu Pauli Apostoli facile conijci potest. V. C. 4. V. 19. N. 1. et sequentibus.

Prædicans. Eundem affectum opere precium est ut Sabeant concionatores

Pro concionatoribus

euangelici. v. eodem capite
4. v. 19. N. 11. et sequentibus.

Baptismum pœnitentiæ.

v. Pœnitentiæ, et Nouati Sacre
sis.

Omnis vallis implebitur

et. Quatuor insinuantur con-
fessionis sacramentalis, seu
pœnitentiæ veræ qualitatis, ut
sit Humilis per timorem, et de-
testationem vitæ male actæ; For-
tis per spem, et propositum me-
lioris vitæ; Simplex ac perspi-
cua per confessionem, et mani-
festationem omnium peccato-
rum; Obsequiosa, per plenam

satisfactionem secundum præ-
scriptum patris Spirituales. Que
omnia videntur indicata in par-
tu spirituali eius mulieris, quam
describit Ioan. Apoc. 12. v. c. 4.
v. 19. N. 20. et deinceps.

Et videbit omnis caro. Hic

fructus bonæ confessionis: Hic fi-
lius lucis ex spirituali partu na-
tus. v. eodem capite, et v. N. præ-
sertim 22.

Salutare Dei. Iesum Chris-
tum Saluatorem à Deo missum. v.

c. 4. v. 4. N. 4. & N. 36. B. seg.

Decumbis
13.

In Festo s. Lucie
virg. et Martyris
v. In festo s. Annæ.

In Festo s. Thomæ
Apostoli.

Decumbis
21.

Ioan. 20. 24. v. Apostolus

Thomas autem vnus de duode-

cim. et. Unde ea, que de Dignitate
Apostolica dicuntur. c. 1. v. 1. ex N. 31
et deinceps. Præcipue autem prærogati-
ua prima elogi potest ad Sunc Apostolum
exornandum. Resurrectionem enim,
quam sero credidit, testificatus est. Sangui-
nis sui, et vitæ profusione. Eius enim du-
bitatio firmitatis nostræ causa fuit. c. 1.
v. 1. N. 35. et sequentibus

Non erat cum eis. Propterea be-
nedictionis Christi participans non fuit, nec
pacem, quam ceteris Christus dedit, ipse
adeptus est. Itaque sine pace quid nisi
bellum sapere potuit. c. 1. v. 3. N. 27.

Sic qui extra suam congregationem
esse gaudent beneficijs communibus
priuantur, ut ex communicati, imo, et
qui in mortali peccato existunt, non po-
tuntur beneficijs Ecclesie toti collatis
nec pacem habent. c. 1. v. 3. N. 6. et-
c. 5. v. 22. N. 25.

Nisi videro. Nemini credere vult.
In quo Deum offendit, et Apostolis tes-
tibus fide dignissimis facit iniuriam, ipse
manet inquietus. Ergo triplici pace ca-
ret, quia Sanc ex ore Domini non per-
cepit. v. c. 1. v. 3. N. 27. 45.

Pax vobis. de efficacitate Suius salu-
tationis. c. 1. v. 3. N. 3. v. Pax.

Infert digitum tuum. Apparent
Sic misericordie viscera, patris clementia,

et lenitas. Miserrabili in statu constituto
tum sua presentia dignatur consolari;
dignum grauiori pœna clementer punit;
dum leniter obiurgat. V. Misericordia,
Clementia, Lenitas.

Dominus meus. En effectum pacis
impertitæ. Omnino quietus manet, ve
niam impetrat à Deo, et con discipulos
exemplo edificat. Itaque habet ex Chris
ti beneficio pacem in se, cum Deo, et pro
ximis. C. 1. V. 3. N. 29.

Beati, qui non viderunt. non desi
deranda reuelationes, nec petenda mira
cula, ubi opus non est. Ne tentemus, et
tentando offendamus Deum. V. Peccatum.

Et crediderunt. Nam per fidem be
nedictionem Christi, Abrasæ promis
sam consequemur. C. 3. V. 14. N. 8. 9.
V. Benedictio, Fides.

Decembry **In vigilia Natiuitatis**
24. **Domini.**
Matt. 1. 13.

Inuenta est in utero Sabens

De spiritu sancto. De Virginitate
purissima Beatissimæ semper virginis
Maria. C. 4. V. 4. N. 13. Item eodem
C. 4. V. 27. N. 55. 56. V. Maria, Mira
culum.

Cum esset Justus, et nollet eam tra
ducere. Justorum est famam proximi
conseruare, actueri, quantum fieri po
test, ut caritas docet, et præcipit Chris
ti lex. C. 6. V. 2. N. 5. At qui non ve
rentur detrahere de honore, et fama

aliorum contra caritatem faciunt, et Iusti
minime consentur. C. 5. V. 15. N. 11. 16.

Hac illo cogitante, ecce angelus.

Diuinum auxilium præsto est cum ijs, qui in
extremo versantur periculo. ut factum est
cum s. Iosepho, et cum Abrasamo, et alijs. C. 3.
V. 6. N. 21. et C. 3. V. 8. N. 4. et C. 3. V. 16. N. 21.
V. spes.

quod enim in ea natum est etc. Puta
ret se forte ad summam deductum miseriam.
et ecce natum se videt summam felicitatem,
dum agnoscit se Dei genitricis virum, et mun
di saluatoris custodem, seu patrem, que digni
tas singularis. C. 1. V. 1. N. 89. et excellentior
Apostolica. Ibidem.

Vocabis nomen eius Iesum. etc. V. in
Festo Circumcisionis.

In Natiuitate Domini.

Decembry
25.

Luca. 2. 1.

Exijt edictum à Cæsare Augusto. De
fecerat ergo sceptrum de Iuda. siquidem
Iudei subiecti erant Romano imperatori,
cum natus est Christus. qui non Iudeos ex iugo
temporali, sed omnes filios Abrasæ, id est, fide
les de Satana, et peccati captiuitate Soc est de
presenti sæculo nequam eriperet. C. 1. V. 4. N. 21.
ut profiteretur. Imitanda obedientia Iosephi;
et Dei pare. V. obedientia.

Cum Maria desponsata sibi uxore præg
nante. Adhuc in utero subditur legi, quasi
factus sub lege, ut nos à lege, et peccato redime
ret. C. 4. V. 4. N. 18.

Impleti sunt dies. V. De Purificatione.

Pro concionatoribus.

Peperit filium suum primogenitū.

V. Primogenitus, Maria. Et infra in 3.

Missa.

Ecce euangelizo vobis gaudium mag-

num. etc. Vera ratio gaudendi, et nulla maior. V. Gaudium, Laetitia.

Saluator qui est Christus promissus nempe, et tandiu expectatus. V. Christus. Promissio.

Vigilantes dormientes, et ocio vacantes non mererentur beneficia caelestia percipere. c. 5. v. 7. N. 5. V. Ocium. =

operibus incumbentes, et munus suum explentes dignatur Deus angelorum visitatione cohabitare. c. 6. v. 9. N. 2.

Primogenitum. Hic est Christus dominus, Sabet autem B. V. Mater plures filios non natura, sed adoptione. scilicet omnes filios Dei, siue Ecclesiae. c. 4. v. 27. N. 56. et c. 4. v. 19. N. 31.

Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium.

Impletum hic vaticinium Isa. 54. Quod expositum est. c. 4. v. 27. Lauda sterilis etc. V. c. 4. v. 27. cit. N. 1. 2. 3. 56. Ecclesia nimirum, idest Jerusalem, quae sursum est, et mater nostra, quasi effusa caelestibus domicilijs in terram veniens, Deo gratias agit, et hominibus congaudet se nouo natali, per quem futura est mater innumerabilium filiorum. V. c. 4. v. 27. N. 1. 2. 3. et sequentibus praesertim 56.

Gloria in altissimis Deo, et in terra pax. etc. c. 1. v. 3. N. 4. 19. 20. et sequentibus. V. Pax.

In 2. Missa.

Pastores loquebantur ad invicem

Transeamus. etc. ad obediendum angelico nuncio, siue per angelos allato Dei praeccepto sese sortantur. Quod bonorum est, nam prauis homines ad peiora incitare solent instar Daemonum. optanda igitur bonorum amicitia, prauorum fugienda. c. 3. v. 9. N. 7.

Festinantes. ne praetereat temporis oportunitas. c. 6. v. 10. N. 2. et seqq.

Festinantes. cursu festino quaerunt Christum Saluatorem. Et vita Christiana cursus est, quo festinamus ingredi in illam requiem ubi Deum videamus, et beatitudinem consequamur aeternam. c. 5. v. 7. N. 5. V. Cursus.

Et infantem positum in praesepio. Ter Soc dictum, ut non sequiter accipias, sed profunde consideres Itu militatem, Paupertatem, et Patientiam quam nascens in Soc mundo Rex regum, homo Deus hominibus exhibuit imitandam. c. 4. v. 5. N. 27. 28. V. Mansuetudo, Patientia, Paupertas.

Videntes autem cognouerunt. =

Oculis probarunt vera esse, quae aure exceperant. Nam quae fide credimus per verbum Dei auditum, clare videmus cum per venerimus ad Dei conspectum in caelis, quo festinamus. V. c. 3. v. 2. N. 5. Vbi fides ostenditur esse per quam recipimus spiritum, Sabemusq. spirituales vitam. V. Fides, Benedictio.

Maria autem conseruabat. etc.

Mysteria fidei instar vini optimi non modo gustanda, sed regustanda, ruminanda, expendenda, et continua consideratione ponderanda. V. Oratio.

In 3. Missa.

Joan. 1.1. v. indicem scripturae.

Joan. 1. v. 1. 4. 12. 13. 14. 16.

In principio erat verbum etc.

De distinctione diuinarum personarum, et quid cuique attribuat. v. c. 1. v. 3. N. 7. 8.

Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.

En Ioannes fuit Apostolus legatus à Patre, ut de filio in humanitate apparentem testimonium perhiberet. Potest ergo illi applicari prima prerogatiua Apostolica dignitatis, imo et reliqua fere omnes. c. 1. v. 1. ex N. 34. et deinceps. v. Ioannes.

Erat lux vera, que illuminat omnemhominem homo enim etc. c. 1. v. 1. N. 49In mundo erat, et mundus eumnon cognouit. De mundo v. c. 6.

v. 14. N. 27. et seqq.

Quot quot autem receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Hæc est vera adoptio filiorum Dei. c. 4. v. 7. N. 13. 21. 23. et seqq. v. Adoptio.

Et verbum caro factum est. v. c. 4.

v. 4. et 5. et 6. et 7. Nam illa verba

Misit Deus filium suum factum ex muliere etc.

v. ut adoptionem filio removere

ciperemus. Sunc locum explicant. Suntque

suis harmonia euangelicæ, quod dicunt

contra punctum. ~~Et contra punctum~~ Ideo:namque. Verbum caro factum est.

id est, filius Dei ex muliere factus, natusque

inter nos apparuit, nobiscum conuersatus est, ut nos Dei filios faceret non natura,

sed adoptione. c. 4. v. 4. N. 5. et v. 5.

N. 21. et v. 6. N. 15. et v. 7. N. 15. v. Adoptio.

In Festo s. stephani protomartyris.

Decemb. 26.

Matt. 23. 34.

Ecce ego mitto ad vos prophetas etc.

v. Hunc locum expositum. c. 1. v. 1. N. 98.

Et persequemini. Iudei carnales non cessant persequi filios Ecclesie, sicut Ismael, Isaac.

v. c. 4. v. 29. N. 1. et c. 5. v. 11. N. 9. et c. 6. v. 12.

N. 3. Persequi s. Stephanum c. 5. v. 11. N. 12.

Vt veniat super vos. Ecce supplicium.

Dabunt debitas penas sine ulla remissione.

Eycientur nempe cum Agar, et filio à Domo Dei, id est à regno celorum, que maior pena

nequit esse pro occisione omnium prophetarum. v. c. 4. v. 30. N. 16.

Asanguine Abel. c. 4. v. 26. N. 9.Ierusalem, Ierusalem. De carnalis Ierusalem seruitute. v. c. 4. v. 25. N. 18. v. etiam

Seruitus.

Volui congregare etc. et noluisti. i. vocaui, et renuisti.

Animaduerte vocationis summam gratiam, et nolentis accipere summum scelus. v. Vocatio. Peccatum.

Ecce relinquetur etc. Deserens Iudeos Deus.

Vaticinatur extremam peccatoris miseriam.

Non me videbitis etc. Extremum iudicium comminatur ubi velint, nolint confitebuntur Christum, quem agnoscere vocantem noluerant. v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

v. Iudicium, Pœna, Maledicti.

In Festo s. Ioannis

Decemb. 27.

Euangelista.

Joan. 21. 20.

Si unum esse de paucis excellentia est, multo



maioris excellentiæ argumentum fuerit
unicum esse et singularem inter multos.

Hæc singularitas ita Joanni convenit, =
ut parem non habeat, ut patet ex præ
senti textu Evangelij, ubi sex, septem
ve prærogatiue insinuantur, quæ singulæ
soli Joanni congruunt, certe omnes simul
in nullum alium, nisi in eum conveniunt

1. Est discipulus, quem diligebat Jesus
vnicè inter omnes.

2. Recubuit in cæna super pectus
Jesu.

3. Quasiuit quis esset, qui traderet,
et certum indicium accepit, ut nosceret.

4. Quid futurum de illo esset, noluit Chris
tus Petro indicare.

5. Incertum adhuc, et sub lite positum est an
mortuus sit, ^{an} vique ad iudicium extre
mum victurus maneat.

6. Scrpsit Evangelium, Epistolas canoni
cas, et Apocalypsin, quæ nemo alius, aut
Evangelista, aut Apostolus fecit.

7. Verum esse testimonium eius per quan
dam excellentiam dictum, scriptum que,
videtur. Quippe qui non solum plura, sed
altiora, et profundiora scripserit, nimi
rum de diuinitate Christi, et de Abyssu
rijs Ecclesie prophetauerit. c. l. v. 14. et
14. et seqq. quibus Prærogatiua 2. tribuit.

Quem diligebat Jesus. Sicut matrem
suam Christus in cruce tradidit, quare
ex illa hora adoptatus à Deo para in
filium, ut nempe esset, quasi primo
genitus filiorum eius adoptiuorum, vel
certe typus, et figura omnium fidelium

quos filios Beatissima Virgo Maria
suis agnoscit. v. c. 4. v. 4. N. 14. et c. 4.
v. 19. N. 31. et c. 4. v. 27. N. 56.

Qui, et recubuit, et si Paulus
extollit Evangelium suum, quod ab ho
mine non acceperit, sed per reuelatio
nem Iesu Christi. c. l. v. 11. N. 15.

Quanto æquius arrogemus Joanni
hanc laudem, qui ex pectore Christi
suum Evangelium hausit.

Qui testimonium perhibet de his.
ut vnus ex duodecim Apostolis. v.

Prærogatiuam primam. c. l. v. 1. N. 34.
et deinceps.

Præter hæc liberum erit tibi quam
cumque aliam ex 12. prærogatiuis
huic Apostolo applicare. c. l. vi. N. 31.

In Festo sanctorum +1 Dec. 23

Innocentium.

Ecce angelus domini, et in his,

quæ Summa prudentia, siue præui
dentiæ non attingit, succurrit opor
tune Deus. cætera arbitrio, et consilio ho
minum relinquit. In utriusque exem
plum. Non poterat Josephus Herodis
prauum animum moue, reuelauit Deus
per angelum. Quis homo prudens vi
tat, quæ nouit pericula, ita Josephus
timuit periculum ab Archelao pro
Herode regnante, ut dicitur in se
quenti Evangelio vigilia Epiphaniæ.

Timuit illò ire, scilicet in Iudæam ubi
regebat filius Herodis, et tunc etiam

quo iturus esset, ut tutus quiesceret. In
Somnis. Est admonitus. Non sunt ergo
petenda miracula, ubi necessaria non
sunt, sed tamen orandus Deus, ut diri-
gat consilia, actusque nostros, ne fi-
dentes nobis solus quam oportet, saba-
mur, in erroremue incurramus pro
nostra imbecillitate. V. Spes. Oratio
Protectio Dei.

Qui consurgens, accepit pue-
rum, et matrem eius nocte.

Prompta obedientia fidelissima, et
prudens. Non dubitat exequi diffici-
le mandatum, et ad sensum exteriori-
rem contrarium ipsi, que de hoc puero di-
vinitus acceperat, servat tamen cir-
cunstancias, quas prudentia dicit, ut
non interdum, sed noctu fugiat hostile
periculum. V. Obedientia.

1. Secessit in Aegyptum.

O virgo
sanctissima quod extorris a patria
tendis. Tam cito post gaudia partus
felicissimi expertura labores. Hoc
sibi persuadeat Christianus, quoma-
gis Christo coniunctus eo plures est su-
bituros labores. In quibus pro Christo
toleratis ingens latet gloria. C. 6. V. 14.
N. 1. 2. Ut enim ait Paulus: Qui sunt
Christi, carnem suam crucifixerunt.
C. 5. V. 25. N. 7. et seqq. Vbi multa
de mortificatione ad Christi imita-
tionem. Item C. 2. V. 19. N. 32. et
seqq. Ut Deo vivam, Christo confixus
sum cruci. V. Patientia.

2. Occidit omnes pueros. Qui

monte sua Christi adventum testificati
sunt, atque adeo martyres extiterunt dig-
ni laurea martyrij. V. C. 1. V. 1. N. 40.
et verbo. Martyrium.

Tunc Herodes. et. Occidit etia

Exceatus cupiditate in sana regnandi
exiit humanitatem, et quasi tygris saevis-
sima in sanctos, et innocentes pueros dese-
civit. Qui tamen prius erat moriturus, qua
necens natus Rex Iudeorum ad aetatem
perveniret, que apta esset ad capiendum
regnum. At potuit timere ne infantulum
Iudei regem acclamarent, seque occiderent.
Quomodo intelligas certe rerum tempora-
lium cupiditas, et praesertim regnandi inper-
tium malorum causa est, ut ex Herodis-
facto liquet. C. 6. V. 14. N. 3.

Dominica infra oc-
taavas Natiuitatis.

Luc. 2. 32.

Et erat pater eius, et mater mi-
rantes super his, que diceban-
tur de eo.

Mirabilia nimis infantis
Iesu mysteria, sed quid de mysterijs eius
in grandiori aetate! Quid mysterium mor-
tis. Quantam in admirationem debet nos
rapere! Per quam ad vitam revocati
sumus. cuius fide nunc vivimus. Vide
que dicta sunt super Cap. 2. V. 20. pre-
sertim ex illa parte. Quod autem nunc
vivo, in fide vivo filij Dei, quid dilexit me
et. ex N. 47.

Mirantes. Paulus miratur Galata-
rum levitatem, et in constantiam infide-



Christi pure retinenda. sed nos miremur
tantam hominum multitudinem in sac
risbe, et in toto orbe christiano, quiali
ter viuunt, quam fide credunt, et pro
fitentur. V. c. 1. v. 6. N. 1. 2. et c. 3.
v. 1. N. 33. et expende, ac pondera le
uitatem, et cecitatem hominum, qui se
sinunt moribus abduci mundi, et car
nis illecebris, et instigationibus satanae.

Ecce positus est hic in ruina,
et resurrectionem multorum.

Crux Christi scala celi est. c. 6. v. 14.
N. 21. Multi ascendunt per eam, ut illi,
qui cum Christo confixi sunt. c. 2. v. 19.
N. 34. et c. 5. v. 24. N. 9. Multi etiam
ex ascensu ruunt, vel ascendere renu
unt, quos diximus cum Apostolo inimi
cos crucis Christi. c. 6. v. 14. N. 15. V.
Crux.

Et in signum, cui contradice
tur, ut reuelentur ex multis cor
dibus cogitationes. Crux Christi

lapis liadius, quo probatur aurum fidei
christianae. et cognoscitur quo quis ani
mo sit erga Christum dominum, quis
nimirum sit eius ex corde discipulum,
quis vero aduersarius. V. c. 5. v. 24.
N. 7. et segg. V. Crux.

Et tuam ipsius animam per
transibit gladius. De dolore Dei
para in morte filij, et compassione
eius dem cruci affixi. V. c. 4. v. 19.
Num. 31. 32.

In circumcissione Dni.

Luc. 2. 21.

V. Circumcisio

Postquam consummati. seruata lege.

V. c. 4. v. 4. N. 17. 18.

ut circumcideretur. V. c. 5. v. 6.

N. 19. et segg.

Jesus. V. c. 1. v. 1. N. 168. et c. 1. v.

19. N. 2.

Jesus. qui sit mediator inter Deum,
et homines, et utriusque parti amicus. Ideo
circumciditur ut Somo, ac filius Abrahae;
et à Deo nominatur ut Dei filius, sangui
nem vero suum dat in signum precij re
demptionis. V. c. 4. v. 4. et 5. N. 17. et
segg. Item c. 3. v. 19. N. 38. et segg.

V. Christus, Mediator

In vigilia Epiphania Jan. 5.

Matt. 2. 19.

Defuncto Herode. Intra septen

nium. quis tam uasarius, ut non aduer
tat sua vitae breuitatem, et incertam me
tam; V. Vitae breuitas. Hinc patet
quam inepte cruciabatur Herodes
ob natum regem. quamq; inutiliter
ambiciosi sese crucient, ut transeuntes
dignitates, et caduca saeculi bonation
sequantur. V. Ambicio.

Vade in terram Israel, Defunc
ti sunt enim. etc. Finis venit exi
lij, si igitur finis venturus est laborum,
igitur patienter expectemus. V. Patientia.

Qui surgens. ultra. Eadem obedi
tia, qua venit, reuertitur. Ita debemus

obedi

obedire in utroque tempore sive prospero, sive
adverso. V. Obedientia.

Timuit illò ire. Prudenter timet Archela-
um, quia sac. cautio eius prudentia relicta erat,
nihilominus eius precibus, ac desiderio succurrit
Deus in somnis admonens. Non ergo exigenda
miracula, ut dictum est in Festo ss. Innocentium.

In Epipsania Dñi.

Matth. 2. 1.

Cum natus esset Jesus. et in diebus
Herodis regis. A quo inimico animo exci-
piendus, imò ad mortem sollicitè quærendus.
Ne scilicet unquam de esset vel crux, vel per-
secutor; ut tu discas laboribus assuescere, intelli-
gasq. virtuti nunquam deesse adversarium.

Sed cum primum Christus in corde nascitur, sea-
tim insurgit tentatio, seu aduersitas, quæ velut
alter Herodes, bellum indicat, ac toto nixu con-
tur de medio tollere. Ismael nimirum persequi-
tur Isaac, Hæretici ~~Catholicos~~ Catholicos, Pseu-
do Apostoli Galatas recenter conuersos. V. c. 4.
v. 29. 1. 2. 3. et c. 4. v. 29. N. 1. et segg.
Caro spiritum semper opugnat. c. 5. v. 17.
N. 8. et segg.

Ecce magi. Ut congratulentur Virgini dei
paræ, Ecclesiam matrem agnoscant, Christi
adorent, et oblati primitiis gentium sibi ven-
dicent regem, et redemptorem. V. c. 4. v. 27.
N. 56. Benedictionis q. Abrasæ promissæ
fiant participes. V. c. 3. v. 14. N. 6. 7. 8.

Vidimus stellam eius. I. lucem de celo
quasi diuinam illustrationem, qua cognoui-
mus regem expectatum iam natum esse, et
venimus adorare eum. Non sunt rebelles
lumini, nec segnes in exequendo diuino mandato.

Quare magis illuminari per diuinas scriptu-
ras meruerunt. Quippe qui diuinas inspira-
tiones non aspernantur, sed opere complent,
maiori gratia se paratos ostendunt. Qui crede-
runt scripturis, rursus per stellam nouo fulgo-
re conspergantur, et in fide confirmantur.
Illustratio diuina velut stella ducit ad Deum.

c. 1. v. 3. N. 18. 34.

Similiter Fides quasi fax præcedens in celum
euntibus. c. 5. v. 7. N. 10.

Audiens autem Herodes rex turba-
tus est. Conscientia tyrannidis nunquam
quieta manet, Omnia timet, semper, ut latro
pauet. c. 1. v. 3. N. 24.

Et omnis inquit Ierosolyma cum
illo. Quoniam præsentibus bonis gaudent,
futura non magni pendunt, et vno verbo
deest illis viuæ fides, quæ Magos ex Oriente
attraxit. c. 3. v. 6. N. 20. V. Fides.

Et omnis Ierosolyma. Mundani, et
dilectores mundi oppositi Deo. c. 6. v. 14. N. 27.
Turbantur, ut adultera præsentia Sponsi.
Ibid. N. 29.

Turbatus est. Gloriâ cum regno pericli-
tari suspicatur. c. 6. v. 14. N. 3.
Appetitus gloriæ, et regni turbat Herodem,
Infelix quisque amulatus fuerit. c. 6. v. 14. N. 3.

Herodes clam vocatis Magis. et in-
genium, et mores hypocritæ sic Sabes expressos
in Herode. V. Ingenium Sacerdorum. V. etiam
c. 3. v. 1. N. 3. 4. ubi fit manifesta fastinatio
eorum, qui se non vident cecos esse, et ab amore
rerum suis mundi deceptos.

Responso accepto. Fidelis Deus in suos,
quos non patitur periculum subire; vel certe



opportune à periculis eximit, ex quo nostra fides, fiduciaque in ipsum crescat oportet. c. 1.

v. 1. N. 80. et c. 4. v. 9. N. 12.

Videtur autem Soc tam pius, tam forte, tam preclarum factum libenter suscepisse, ac remunerare decessisse, Sos viros in suam clientelam, et protectionem acceptos, et adoptionem cooptatos, sua gratia confirmasse. Quod congruum videbatur, ut pote primos fructus, seu primitias Gentium, ad Ecclesiam noui testamenti iam inde vocatarum. Nam et primi predicatores Soci beneficio praesenti fuerunt. c. 1. v. 1. N. 86.

Dom. infra Oct. Epiph.

Matt. 2. 42.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim. En Verbum aeternum commensuratum tempori, ut nos eriperet à saeculo. v. c. 1. v. 4. N. 21.

Annorum duodecim. qua aetate specimen ingenij solent homines exhibere, eam non sinit praeterire absque aliqua sui ostensione. ut esset testimonium sui aduentus apud sapientes Iudeorum. v. Charitas.

Consumatisque diebus. En quanta pietate legem observabant, ut discas imitari tantum sua sponte factum sub lege. c. 4. v. 4. N. 18. quam Deiparam, et Iosephum. Iusti enim sine difficultate implent legem, nec sublegetur. c. 5. v. 18. N. 13.

Remansit puer Iesus in Ierusalem, et non cognouerunt parentes eius. ut scias praepone Deum parentibus, nec opus esse ab eis veniam petere. cum Deus vocat ad meliorem vitae statum. v. c. 1. v. 16. N. 19.

vbi de vocatione Pauli, qui nulla Sabita carnis, et sanguinis ratione continuo secutus est Christi imperium.

Requirebant illum. Cum scilicet ad noctem agnouerunt suum abesse tesauro. Sic diligens, et pius homo, qui in examine nocturno ante cubitum animaduertit se perdidisse Christum ob aliquod graue peccatum, statim quaerit, doletque tanti amissionem tesauro. Huc potest applicari illud, opus suum probet unusquisque. c. 6. v. 4. N. 12.

Post triduum inuenerunt in templo.

Hic Christus inueniendus, non inter cognatos, in loco orationis, non in profanis spectaculis, et post triduum. i. post confessionem exactam, quatuor partes exigit. Confessionem, Contritionem, et satisfactionem, inueniendus ad pedes sacerdotum. v. Confessio.

In medio doctorum. et Modeste, ac prudenter. Interrogantem, et respondentem. ut sic eis fontes aperiret, vel indicaret sacrarum scripturarum, quibus exolutis inuenirent, et discerent, animaduertentque tempus aduenisse expectatum venturi Messiae. c. 4. v. 5. N. 42. et seqq.

Stupebant, quasi miraculum.

Et mirati sunt. v. supra D. infra Oct. Natiu. in sis, qua patris mei sunt. et Sic oportet virum religiosum in sis, quae Dei sunt, esse, et occupari, neque saecularibus implicari negotijs. v. c. 4. v. 3. N. 33.

Exat subditus illis. Egregia subiectio, et imitanda obedientia.

Conseruabat. v. in 2. Missa. Nat. Dni.

Proficiebat. Haec debet esse vita nostra,



Pro concionatoribus.

ut cum deate proficiamus sapientia, et gratia
apud Deum, et homines. Nam ideo forte vita nos
tra curius dicitur. C. 5. v. 7. N. 3. 5.

In octava Epiphania.

Joan. 1. 29.

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata
mundi. V. Christus. 15. 16. 24. 25. 77. 82. Mundus.

1. 2. 10. 16. Nulla victima legis potuerunt pec-

cata auferre, V. Lex Mosaiica. 5. 8. 13. 14. 22. 30.

Unus Christus victima accepta Deo, cuius duntaxat

oblatione placatur. V. C. 1. v. 4. N. 6.

Post me venit vir, qui ante me factus est
quia prior me erat. Ostendit excellentiam

Christi, quod non solum sibi prelatum esset,

Somo rex, cuius ipse Joannes minister, sed etiam

quia Deus esset, et verbum aeternum. V.

Christus. III. VII.

Vidi spiritum descendentem quasi co-
lumbam. Non solum columba significavit

spiritum sanctum, sed fuerunt etiam alia eius

dem symbola spiritus. V. C. 1. v. 11. N. 88. Cui

autem hoc loco per columbam significatus sit

V. Maldonatum in Mat. 3. 16.

Hic est, qui baptizat in spiritu sancto.

Per baptismi sacramentum induimus Christum,

et adoptamur in filios Dei. C. 3. v. 27. N. 1. V.

Spiritus Sanctus. 26. usque 33.

Et ego vidi, et testimonium perhibui,
quia sic est filius Dei. Bonitatis qualita-

tes. V. C. 1. v. 1. N. 37.

Filius Dei, non adoptiuus, sed naturalis,
et consubstantialis Patri. V. Christus. 3. 23.

DOM. 2. Post Epiph.

Joan. 2. 1.

Nuptiae factae sunt. De morali expli-

De nuptiis matrimonij, C. 6. v. 3. x. 6. De Virginitate, qui presertim

F. C. 5. v. 23. N. 96.

catione miraculi, quo conuenia est aqua uinum.

V. C. 4. v. 19. N. 20. et sequentibus.

DOM. 3. Post Epiph.

Mat. 8. 1.

Domine, si vis potest etc. Solus Christus mun-

dare potest a peccato lepra. V. Christus. N. 12. 13.

25. 69.

Extendens Jesus manum tetigit eum.

Contactus carnis Christi omnia mundat. V. Christus. 84.

Volo mundare. Notanda benignitas Iesu

erga peccatores. V. C. 5. v. 22. N. 45. 46.

Ostendete sacerdoti. Sacerdos legalis =

tantum declarabat hominem esse mundum

a lepra, sed sacerdotes euangelici ipsa pec-

cata tollunt, et munditiam animae dant

per sacramentum. V. sacerdos. 8. 9.

Meliores status, maior dignitas meliores

exigit mores. Cuius si satisfecerint, timeant.

V. C. 3. v. 1. N. 38. 39. V. Sacerdos.

DOM. 4. Post Epiph.

Mat. 8. 24.

Et ecce motus magnus etc. Explorare uoluit Christus

discipulorum fidem. Quod frequenter cum suis facit

in missa tribulatione. V. C. 5. v. 22. N. 36.

Et suscitauerunt eum. Sic nos oportet instante

prece Deum inuocare, et quasi dormientem excitare

clamantes Abba pater. V. C. 4. v. 6. N. 4. 7.

Quid timidi estis. Increpat imperfectos

in fide discipulos priuatim ac sine externis testibus.

ideo solus cum ipso ingressus est nauiculam. V. Correctio.

Imperauit ventis. Increpat quasi rationis par-

ticipes, et intelligentes, aut figurate per prosopo-

peian, vel quia omnis creatura sentit creatorem,

ut ait Hieronymus, vel spiritus malos increpat



per quas tempestas immissa, ut inquit Maldonatus, sic insensatos appellasse Galatas videtur Apostolus, ut in eis iniretaret pseudo Apostolos a quibus conturbati fuerant. v. c. 3. v. 1. N. 5. 6. 7. 8. 9. et c. 5. v. 10. N. 9. 10.

Dom. 5. post Epips.

~~Sermo~~ Matt. 5. 13. 24.
Seminavit bonum semen. etc. super seminavit zizania. v. c. 6. v. 8. quia enim seminaverit homo, sacc et metet. etc. Vbi pro bono semine intelligenda opera bona, sive fructus spūs, de quibus. c. 5. v. 22. 23.

pro zizanijs opera carnis de quibus. c. 5. v. 19. 20. 21. Ubi primū zizania. c. 4. v. 4. N. 16. Dicitur vero diabolus seminasse zizania, qui initium fuit omnis peccati decipiens Euan, vel quia continuo incitat homines, ut seruiant carni, et fomitis legi subdantur. De qua lege. v. lex 13. 14. 18. v. Fomes peccati. Zizania.

Dom. 6. Post Epips.

Matt. 5. 13. 31.

simile est regnum caelorum grano sinapis. v. c. 1. v. 1. N. 13. 32.

simile est regnum caelorum fermento. v. c. 5. v. 9. N. 1. et seqq. Vbi de Fermento. v. Varijs eius accptionibus.

Februarij 2. IN Festo Purificationis B. M. V.

Luca. 2. 22.

Et postquam impleti sunt dies.

Qui dies, quae tempora in scriptis sacris numerantur, nisi sanctorum. v. c. 4. v. 4. N. 45.

ut sisterent eum dno. Nulla Deo gratior oblatio, quam filij. in quo sibi bene complacuit. c. 1. v. 4. N. 6.

sicut scriptum est in lege dno. Perfecta hic docetur obedientia, exemplo purissima matris, ac virginis. v. c. 4. v. 4. N. 50. 57.

Et ecce homo erat in Ierusalem. etc.

Virtutes S. Simeonis docent nos quales esse debeamus ad Crum recipiendum, non solum in manus, sed in pectus, et intra viscera nostra per Eucharistia sacramentum.

1. requiritur Iustitia anima, 2. Recta intentio.
3. reuerentia, 4. Attentio ab omni curarum distractione libera.
5. Spiritualis fames, seu desiderium tanti boni. De 1. dicitur, et sic homo Iustus. De 3. et timoratus, De 4. in Ierusalem.
4. pace anima fruens, De 5. expectans consolationem Israel. et responsum acceperat. etc.
- De 2. et spūs sanctus erat in eo, et venit in spiritu in templum. v. c. 1. v. 3. N. 46. 47.

IN Festo S. Agatha Virg. et Mar.

Matt. 5. 19. 3.

Accesserunt ad eum Pharisaei tentantes eum. etc. Hi ut peccatores, accedunt, ut tentent, et recedunt confusi, Iusti vero, ut illuminentur. c. 3. v. 27. N. 6.

Quicumqz dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, et aliam duxerit, mechsatur, et qui dimissam duxerit mechsatur. quasi dicat ob nullam causam licet dimittere uxorem, nedum repudiare: sola fornicatio erit Iusta causa non repudiandi, sed permittendi eam solam viuere, ac sinendi eius conuictum. Sed tunc neuter potest aliud matrimonium sine peccato mechia contrahere, sed debet uterqz quasi in caelibatu permanere. De Fornicatione, et Mechia. v. c. 5. v. 19. N. 4. et seqq. pra. serhm. N. 17.



N. 17

Non expedit nubere. i. uxorem ducere. Probat id Christus, et calicis vita perfectionem commendat, ad castitatem q̄ ad sortatur. V. C. S. v. 23. N. 93. 94. 95. 96. Vbi de continentia, Castitate, et Virginitate, quæ suis loco accommodare velis, invenies. De Nuptiis post Motu C. S. V. 70. N. 20. De S. Agathe responso coram tyranno. C. S. v. 1. N. 13. Sunt Eunuchi qui se castraverunt. et. C. S. v. 23. N. 96.

In Festo S. Mattis Apostoli

Matth. 11. 23. V. Aptus.

Confiteor tibi pater. et. Sors, que cecidit super Mattisiam Act. 1. 26. Non alia, quam ex Dei voluntate annumeratum duo denario Apostolorum, ut ibidem dicitur, et annumeratus est cum undecim Apostolis. Hic potest pro initio concionis explicari prærogativa 3. Apostolorum. C. 1. v. 1. N. 48. et reliquis. Abscondisti Sæc a sapientibus, et reuelasti ea paruulis. Humiles nimirum discipulos Christi esse oportet. V. Humilitas. omnia mihi tradita sunt. et. Dignitas, et potestas Christi regia. C. 1. v. 1. N. 164.

Et nemo nouit. et. Aequalitas personarum diuinarum, cur non fit mentio spiritus sancti. V. C. 1. v. 1. N. 151.

Cui voluerit filius reuelare, ut reuelauit suis Apostolis, et alijs, quibus placuit. C. 1. v. 1. N. 68. vbi totus hic locus explicatur.

Venite ad me. Non despicienda Sæc Christi vocatio, que maxima gratia est. V. Vocatio. Qui laborat. C. 1. v. 4. N. 24.

Tollite iugum. i. Crucem ad mei imitationem. V. Crux. 7. 8. 16.

Discite a me. V. Mansuetudo.

iugum meum. et. V. C. S. v. 1. N. 7. 8. 9. usque ad 13. Quale sit hoc iugum, suauius est certe iugo mundi. V. Iugum. Sexuibus. Pesenti. V. Indicem Scripturæ. Matth. 11. 29. et dicitur

De S. Iosepho v. in vigilia

Natiuitatis Domini.

In Festo Annuntiationis

B. M. V.

Luca. 1. 26.

Incarnati verbi mysterium.

eo pertinebat. ut mundus reconciliaretur Deo, quem habebat offensum propter peccatum. Ex qua reconciliatione Pax æterna consequeretur inter Deum, et homines. Ut ergo sic finis certus esset, ac firmus, Nuptiæ constituta sunt inter humanam diuinamque naturam, Sponsi partes Verbum Patris, Sponsæ vices Virgo sanctissima Maria gessere. Ad complendum hoc sacramentum. Missus est Gabriel angelus, ad virginem. et. V. quantum bonum, quamue expetendum sit pax, cuius causa tantum mysterium celebratum est, quamque digni sint æternis supplicijs, qui sanctam pacem vel non curant, vel despicunt, vel deserunt. V. de Pace, et gratia C. 1. v. 3. præsertim à N. 27. et deinceps.

Ad virginem. quæ vices gessit sponsæ. C. 4. v. 27. N. 57.

Aue gratia plena. et. In tribus his sententijs conceptionis immaculatæ puritas asseritur, quæ cum absolute prolatae sint, per adverbium Semper intellectæ indicant, quod dicimus Mariam nimirum ab instanti sui primi esse sanctam fuisse, Deum in se habuisse, et supra omnes feminas benedictam. Imo solam benedictione



gratia praeventam, atque ab omni peccati la-
be praeservatam. c. 1. v. 3. N. 2. v. Maria

qua cum audisset. (ex Graeco vidisset)
turbata est. Ex Sumilitate quod se tanto
Sonore inferiorem duceret. c. 6. v. 3. per tota.

**Eccē concipies in utero, et paries
filium.** Qualis, et quantus. Disce ex qua-
tuor, quae in ipsum conueniant. 1. Erit homo, q.
ex muliere natus. Vocabis Iesum. 2. Hic erit
magnus, et magnus sacerdos, mediator inter
Deum, et homines. 3. Et filius altissimi voca-
bitur. Deus nimirum, et aequalis Patri. 4.
Erit rex, ideo dabit enim Deus sedem David. et.
De his quatuor v. c. 1. v. 1. N. 191. 192. v. Ver-
bum, Christus, Humanitatis assumptio.

**Quomodo fiet istud, quoniam virum
non cognosco!** Admirandus virginitatis
amor. qua exemplo ipsa virtus maximè exto-
llitur. v. c. 5. v. 23. N. 94. et 96.

Spiritus sanctus. et. q. d. Non vir, sed
Deus hoc operabitur. Itaque illibata semper erit
tua virginitas. v. c. 4. v. 4. N. 14.

quae vocatur sterilis. v. c. 4. v. 27. N. 55. 56.
Eccē ancilla domini. et. Hic eximia fi-
des, Humilitas mirabilis, Obedientia promp-
tissima consideranda. v. Fides. 45. 78. 87.
Humilitas, Obedientia.

Eccē ancilla. et. Hic consensus expecta-
batur, ^{ut conciperetur, qui erat expectatio gentium. v.}
quo dato, nulla mora, c. 4. v. 4. N. 20.

Verbum caro factum est. Et creata
anima infusaq. corpori ex purissimo virgi-
nis sanguine Dei virtute compacto, eodem ins-
tanti unitum est verbum diuinum Sumani-
tati, sicq. Sponsus Deus sponsam naturam hu-
manam sibi indissolubilitate copulauit. Et Pax
inter Deum, et hominem facta in Christo, qui

est pax nostra. et. v. Pax. 2. 9. 19. 20. 21. 22.
28. 32. v. c. 3. v. 13. N. 7. et c. 4. v. 4. N. 7.

Dom. septuagesima.

Matts. 20. 1.

Exijt primo mane. Eximia Dei cura, ac
vigilantia in evocandis hominibus siue ad gra-
tiam, siue ad gloriam. Nullum tempus, aut
temporis opportunitatem praeteruolare sinit.
omnibus certe hominibus vocandas quae erit. quem
debent concionatores amulari, ut videmus
facisse Paulum. c. 9. v. 19. et 20. v. ibi ex-
hortationem ad concionatores. N. 11.

Conducere operarios. et. Premio
proposito vocat, et promissione facta, qua
se debitorem constituit. v. Premium.

Circa undecimam. et. Nulla aetas
inepta praenitentiae, nulla insabilis meren-
do, et acquirendo regno caelorum. v. c. 6. v. 10.
N. 1. et sequentibus.

Quid sic statis tota die ociosi.

Qui non est intra vineam, s. Ecclesiam. ocio-
sus est. illi ociosus est Christus. 1. nihil pro-
derit. v. c. 5. v. 4. N. 6. 7. et c. 5. v. 7. N. 12.
vide Ocium.

Redde illis mercedem. v. c. 6. v. 9. N. 3. 8.

Incipiens a nouissimis. Signum
forte quod diligentius laborarint. ideo pri-
mi ad praemium vocantur. Nam segnes
ac tepidi magis supplicio digni. Licet libe-
ralitas Domini non sinat absque praemio
promisso. v. Piper seruus. <sup>Mysterium hic la-
1. h. v. c. A. v. 26. 9.</sup>

Murmurabant. v. c. 5. v. 15. N. 11. et seqq.

**An oculus tuus nequam est, quia
ego bonus sum.** Inuidia descriptio, quae
quod alij liberaliter impensum est, quasi



Matts. 6. 16.

Cum ieiunatis nolite fieri sicut hy-
pocrita tristes. etc. Satis ex hoc loco apparet

quid apportet damni inanis gloria cupiditas.
De qua v. c. 1. v. 10. N. 5. 6. in illud si ad huc so-
minibus placerem. et c. s. v. 26. R. A. ubi late de

mundana, seu inani gloria. et c. 6. v. 8. N. 8.
Vnge apur. v. c. 6. v. 1. 16. Ne uisum v. c. 6. v. 1. 16. 3. 4.
De ieiunio, et alijs mortificationibus. v. c. s. v. 22. ~~11.~~

Thesaurizzate. v. c. 8. v. 9. N. 4. De s. Conf.
non Pontif. Item verbo Eleemosyna.

Feria 5. Post cineres.

Matts. 8. 5.

Accessit ad eum centurio. quis sic
fuerit, non in uale nosse, cuius pietas laudata
a Captharnaitis, quibus synagogam edificarat,
et fides admirationem attulit Christo dno. De Soc
L. Flauio Dexter anno 34. Caius Cornelius Cen-
turio captharnaunensis dñs serui, quem dominus, sanauit

Pater etiam Cai oppij Centurionis erat Hispanus,
mirè floret in Hispania. Iterum floret Centurio
Malacitanus, quem s. Iacobus ibi tinguo anno 52.
Est præterea aliud testimonium Heleca Caesar au-
gustani Episcopi. Nec minor celebratur memo-
ria s. Cai oppij Cornelij Centurionis, (qui fuit

ille Centurio, cuius famulum ad Captharnaum
Christus suscitauit) postea sociatus Apostolis neci
s. stephani interfuit, Petrum, et Paulum ad-
Hispanias venientes comitatus est: tandem præ-
dicans Cepsiniensibus prope vitam mortuus est.

Prædicat in Hispania. Longè sic alius à Cornelio
Centurione cohortis italica. Hoc Cornelio multo
iuniore ille senior. Præc omnia refert D. Thomas
Tamasius in lib. quem scripsit. Nouedades Anti-
guas de España. Nouel. 6. Adde sic autor

sibi creptum conuenitur. v. Inuidia.

Erunt nouissimi primi, et primi nouissi-

mi. Quia tepiditas, et negligentia in laborando
multos ad ultimos recidere facit, ut in præceden-
tium, siue scientiarum, quibus extrema sors datur,
ignominia non caret.

Multi enim sunt vocati. Vocatio Deo Pa-
tri tribuitur. v. Vocatio.

Dom. sexagesima.

Luce. 8. 5.

Exiit, qui seminat. v. De qua dicitur plura se-
minante. c. 6. v. 8. N. 11

Semen suum. c. 6. v. 8. in illud que semina-
uerit homo, sicc, et metet. N. 1.

Inter spinas qui seminat in carne, seminat
in loco. Vepribus, et spinis pleno. v. c. 6. v. 8. N. 8.

Fructum referunt in patientia. v.

Patientia. v. c. 6. v. 9. N. 9. De quatuor parti-
bus tres reperditæ. Qui itaq; seminat in carne,
non tres, sed omnes partes perdit, metitq; corrup-
tionem. Ibid. c. 6. v. 8. N. 5. Qui autem seminat
in spiritu, id est, in solo. Vberis, et optima metit
centuplum, et vitam æternam. Ibid. N. 6.

Dom. quinquagesima.

Luce. 18. 31.

Assumpsit Iesus duodecim. etc. De Pas-
sione Christi multa in illud c. 2. v. 19. Christo

confixus sum cruci. et in illud v. 20. Qui dile-
xit me, et tradidit eum. v. c. 2. v. 19. N. 22. et
segg. et c. 2. v. 20. et 21. ex N. 44. et ex N. 79.

v. Christus. Crux. Illudetur. v. c. 4. v. 30.
1. 9.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. v.

c. 4. v. 3. N. 34. et deinceps. ubi Sabes concio-
nem integram his diebus Bacchanalium accom-
modatam.



ex eodem L. Flavio Dextro. Caius Oppius Cen-
turio Hispanus. etc.

Domine non sum dignus. etc. Vere su-
milis agnoscit se exiguum coram Deo. V. Humi-
litas.

Non inveni tantam fidem in Israel.
vide Fides.

Multi venient ab oriente, et Occiden-
te. Ex Occidente erat Sic Centurio.

Filij autem regni eijcientur. etc. V. C.
4. v. 30. N. 3. Ismael domo Abrabe directus =
adumbrat. e. regno. ex locum spe deurbatos.

Feria 6. Post cineres.

Diliges proximum tuum. etc. V. C. s.
v. 20. N. 23. et C. s. v. 14. N. 9. 10. 11.

Diligite inimicos vestros. V. C. s. v. 14. N. 9.
V. C. 4. v. 26. N. 9.

Benefacite his, qui oderunt vos. V. C. 2.
v. 10. N. 16. Bonitas erga inimicos. C. s. v. 22. N. 44.

Orate pro persequentibus. etc. sic faci-
re tubentur captivi in Babilone. V. C. 1. v. 3. N. 23.
Et sanguis p. clamans noli. V. C. 4. v. 26. N. 9.

Ut sitis filij patris vestri. etc. V. C. 4. v. 26. N. 9.

Attendite ne sustitiam. etc. V. C. s. v. 26.
N. 6. et C. 6. v. 4. N. 4. et C. 6. v. 9. N. 2.

+ V. Benignitas.

Cum ergo facis eleemosynam. V. Ele-
mosyna. Noli tuba canere etc. V. Hypocrisis. 3.
ut videantur ab hominibus. V. inanis gloria,
et Gloria. 9. 12. 23. 24. 25. 26. 28. 29. 40.
43. 44.

Tu autem cum oraveris. V. Oratio. 5. 6.
Sabbato post cineres.

Marci 6. 47.

Videns eos laborantes. videt Deus labo-
res nostros, ut suo tempore subueniat. V. Misericordia.

quarta vigilia noctis. ut discas patienter

expectare usq. ad extremum periculum. V. Patientia.
In tribulatione fides exploratur, et probatur. V.

Fides. 10. 11. 19. 22. 29. 31.

Phantasma esse. Augetur labor, superuenit
nova causa timendi propter nostram imbecilli-
tatem, et eum, qui venit, ut succurrat, existima-
mus hostem. Hoc autem ad maiorem probationem
ordinat Deus, ut discamus etiam in ipsis mortis
angustijs non desperare diuinam opem, que
propinquior est, quo magis proget periculum.

V. Fides. 2. 8. 19.

Et ascendit ad illos. etc. et cessauit ven-
tus.

Ab Christi presentia discedit tentator
Sostis. Quod possumus in sumptione lucbaris
tiae advertere. Pacatur enim cor aduentu do-
mini. V. Pax 26. 28. 30. 31. 53. V. 1. 3. 37. et
deinceps.

Dom. 1. Quadragesima.

Matth. 4. 1. V. Tentator. Tentatio-
nis antidotum, Mundus, seculum, Dæmon.

Tunc ductus est Iesus in desertum,

a spiritu. etc. Si nos Spiritus Sanctus ducat,
securi pugnabimus, et animose vincemus tenta-
tiones. Eua victa est quia ipsa se ingressit, occa-
sionem qd dedit serpenti, ut tentaret eam. =

V. C. 6. v. 14. N. 33.

Cum ieiunasset. etc. Oratione videlicet
et ieiunio se preparauit ad bellum cum Soste
ineundum. Hoc debemus nos imitari, quod

videtur D. Paulus prescribere cum ait: Qui
sunt Christi, carnem suam crucifixerunt.

ieiunando videlicet, et mortificationis ope-
ra exercendo. C. s. v. 24. N. 7. et seqq. et de

oratione addit statim v. 25. Si spiritu viu-
mus spiritu, et ambulemus. Qui non nisi
orando totos 40. dies transegit spiritu viuens,

Spiritus



Spiritu etiam ambulavit in toto discursu tentatio-
num. C. 5. V. 25. N. 1. 2. De Verbo vi mor-
licam.

Postea esuriit, et accedens tentator. etc.

Communis, ac frequens valde tentationis occasio
esuries. Sed vincitur firma in Deum spe. Non
in toto pane. etc. sic respondendum tentatori. -
Nolo per Dæmonis operam satiare famem, aut
viuitijs affluere. Deus potest me, quoquo modo
ei placuerit, sustentare. Etiam sine pane in
deserto per 40. annos viuere fecit Israeliticum
populum. V. Spes. V. C. 6. V. 14. N. 33.

Mitte te deorsum, quia angelis. etc. Si
Dæmon impelleret, certum fuisset ministerium
angelorum. Sed tamen deicere planam esset
tentare Deum. Itaq; male, et mendaciter alle-
gauit scripturam, quod faciunt Heretici. V.
C. 1. V. 6. N. 8. et C. 8. V. 14. N. 5.

Hæc omnia tibi dabo. etc. Simili men-
dæto multos inducit Dæmon ad idolatriam,
ut scilicet honorem Deo debitum, aut hominibus,
aut Dæmoni exsibeant. V. Idolatria. Quod
non nisi fascino decepti, nugacitatis efficiunt
homines insensati. Quod obiecit Galatis D.

Paulus. C. 3. V. 1. N. 11. V. Fascinatio.
Scriptum est. Ter repetitur ad hunc tenent?
Omnis, ut apparet impetus tentatoris, scriptu-
ra. Hoc est, Dei verba retusus est. Hic est gla-
dius spiritus duabus quasi manibus motus, et
vibratus in hostem scilicet ieiunio, et oratione.
C. 6. V. 14. N. 33. 34.

Qui sic depugnauerit, non erit sub lege. C. 5.
V. 18. N. 1. 22. id est, non vincetur à Dæmone,
nec erit iugum subibit. V. C. 6. V. 14. N. 31.
V. iugum, Seruitus. Spūs Sctus. q. 40. 41. 42

Feria 2. Post Dom. 1. Quad.

Matt. 25. 31.

Cum venerit filius hominis in ma-
iestate sua. etc. Cum triumpho nimirum

de quo Prærogatiua Apostolorum. 12. V. C. 1.
V. 1. N. 110. V. iudicium.

Sicut pastor separat oves. Hæc appella-
tio datur ob mansuetudinem, que propria virtus
Christi, et Christianorum perfecte imitantium =
Christum. V. Mansuetudo. 4. 8. 14.

Venite benedicti. etc. Hæc benedictio pro
missa fidelibus in Abrahamo. De qua, qui ex
fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham.
C. 3. V. 9. V. Benedictio. V. etiam C. 6. V. 8. N. 6.

Esuriui enim, et dedistis mihi mandu-
care. etc. Hæc opera caritatis proponun-
tur pro omnibus operibus bonis. Qui enim di-
ligit proximum, legem implet. V. C. 5. V. 13.

Per caritatem spiritus seruite inuicem, et
V. 14. N. 16. et V. 14. N. 17.
omnis enim lex. etc.

Amen dico vobis quandiu fecistis mi-
hi. etc. Cum benefacimus alteri ex caritate, in
uitu Dei, quem primo respicit caritas, id fa-
cimus, qua propter quasi sibi impensum re-
munerat Deus obsequium illud. Hoc est illud:
Alter alterius onera portate. etc. C. 6. V. 2. portate.

Discedite à me maledicti. Hæc maledictio,
quam intentabat lex, eam non obseruantibus
V. C. 3. V. 10. Quicumque ex operibus legis
sunt, sub maledicto sunt. etc. V. Maledictio. 6. 13.

Et ibunt hi in supplicium æternum. etc.
Hæc omnia, quam metunt boni, et mali se-
cundum que seminarunt, alij corruptionem,
alij vitam æternam. Vt. C. 6. V. 8. N. 5. 6. os-
tenditur. Qui itaq; opera carnis regnum
Dei non consequentur. C. 3. V. 21. N. 44. Qui
spiritus fructus non habent, quam timeant
legem. C. 5. V. 23. V. Opera 17. 18.



Feria 3. Post Dom. 1. Quadrag.

Matt. 21. 10.

Et cum intrasset Ierosolymam, com-
mota est uniuersa ciuitas, dicens, Quis
est hic? ut certius quam populi respondeas.
Vide Christus.

Cæci, et claudi curantur in templo,
nunc spiritualiter per conciones, et confes-
siones. V. Concionator. Confessio.

Domus mea. etc. V. Templum. Oratio, dabo.

Indignati sunt. ex inuidia. V. Inuidia.

Ex ore infantium. etc. perfecisti laudem,
quam populi inchoarant, (sacerdotes, et scri-
bæ impedire volebant) ut pote carentes in-
uidia, et à Deo excitati. V. Puer.

Quis est hic? Per contemptum, et irrisio-
nem dicunt ciues Ierosolymitani. Sed Deus
non irridetur ait Paulus. c. 6. v. 7. n. 1.

Populi autem dicebant, Hic est Je-
sus propheta. etc. Venientes cum Iesu res-
pondent esse prophetam illum à Mose prædic-
tum. V. Dom. 4. Quadrag.

Feria 4. Post Dom. 1. Quadra.

Matt. 12. 38.

Generatio praua, et adultera. Hoc
cadit in eos, qui magis sæculum, quam Deum
diligunt, ut isti Pharisæi. V. c. 1. v. 4. N. 79.
et c. 6. v. 14. N. 29.

Signum non dabitur ei, nisi signum
Jonæ. etc. V. c. 1. v. 1. N. 39. et N. 177. Non
merentur vllum signum, quia quæ data
erant, contemnunt.

Viri Niniuitæ, et Regina austri
condemnabunt. etc. c. 1. v. 8. N. 9.

Quia penitentiam egerunt. V. Peni-
tentia. quæ præparat ad cognoscendum Deum.

Venit audire sapientiam. etc. V. Ve-
nit. Concionator. Audienda conciones verbi
Dei, ex quibus Sauritur vera sapientia.

Reuertar in domum meam. etc. Virtutis, et
gratia desertores. c. 3. v. 3. N. 2.

Fiunt nouissima Somini illius pe-
iora. etc. Contra eos, qui iterum post confes-
sionem redeunt ad peccata. V. c. 2. v. 17. N. 12.
et v. 13. presurim n. 9. et 10. et c. 4. v. 3. N. 4. B. B.
et c. 1. v. 9. N. 1. et c. 4. v. 10. N. 2. V. etiam

Peccatum. XIV. XII

Ingratissimus, qui deserit beneficium. c. 2.
v. 20. N. 77. Multum facit benefactoris labori.
c. 4. v. 11. N. 2.

Qui fecerit voluntatem patris
mei. V. c. 4. v. 19. N. 32. et c. 1. v. 4. N. 33.

Pluris facit Christus mandatorum Dei obser-
uantiam, quam naturalem cognationem
in quouis gradu. V. c. 5. v. 14. N. 10.

Feria 5. Post Dom. 1. Quad.

Matt. 15. 21.

Miserere mei domine fili David. etc.

Orare docet hæc mulier. V. Oratio, Fides
13. 31. Humilitas. Perseuerantia.
Christus 24.

Non sum missus. etc. c. 4. v. 5. N. 20.

O mulier magna est fides tua. Quo-
niam operibus erat munita Charitatis.
c. 5. v. 6. N. 6. et sequentibus.

Feria 6. Dnicæ 1. Quadrag.

Piscina huius typus legis veteris. c. 3. v. 21. N. 12.
Qui primus descendebat. etc. ut sine
discamus nostram salutem diligentissime que-
rere, et operari. V. c. 1. v. 7. N. 11. et c. 5. v. 7.
N. 3. et deinceps.

Erat autem quidam Somo ibi. etc. Sic
representat eos peccatores, qui diu in peccatis



extiterant, quasi tacentes in suis delictis, et carnis
alligati cupiditatibus, qui non quæ volunt, faci-
unt, sed quæ nolunt, operantur. V. C. 5. V. 17.
N. 13. 14. 15. 16. 17.

Vis sanus fieri. Dubitari merito potest, an
si, qui tam subiecti sunt carnis appetitui, velint
curari, et sanari. C. 5. V. 17. N. 16. 17.

Hominem non habeo. Sua culpa fortas-
se. Sic multi non habent Confessarium, qui
mittat in piscinam sanguinis Christi, quia
ipse nullum probant, nulli se commendant.
Ociosi, et inertes ad suam salutem. V. seruus
piger.

Iam noli peccare, ne deterius. etc. Quid
poterat deterius videri, nisi aeterna pena
V. 5. F. 4. ^{frui} Sequentis hebdomada.

Sabbato Post Dom. 1. V. Dom.

2. Quadragesimæ.

Dom. 2. Quadragesimæ.

Matt. 17. 1.

Assumpsit Jesus Petrum, et Ja-
cobum, et Joannem fratrem eius.

Hæ tres columnæ primæ Ecclesie catholice
V. C. 2. V. 9. N. 8. 9. Vbi tamen Jacobus
frater domini nominatur, sed res ipsa con-
gruit tribus sic nominatis. Qui ut vides
eminentiores erant inter duodecim, ut

pote. Christa magis familiares. Los pri-
uados del rey. ~~et dicitur~~ Graui appellant
Saxones, i. eminentes, ut nuper Roma
cepit nunquã ecelesiæ cardinalis, Ideo

Transfiguratus est ante eos. Hæc

transfiguratio facta est dum oraret, ut indicauit
alter Euangelista, ut discas, et assuescas orare si
vis immutari, et perfectior in dies fieri. V. Oratio
imitatio Christi. Eximij lun. Item. C. 4. V. 48. 5. 6.

Apparuerunt Moyses, et Elias cum eo
loquentes. Quid loquebantur, nisi excessum
passionis, et amoris Christi. Hi nostri debent esse
sermones, et confabulationes. Quo modo cum Chris-
to crucem feramus, eius q3 amori, et imitationi as-
suescamus. V. Crux, Mortificatio, Paulus. 121.

Bonum est nos hic esse. Si opportuni dixi-
sset, nihil potuit dici verius, nihil enim melius quam
cum Christo esse in gloria. V. Gloria. 1. 2. 3. 3.

Ecce nubes, quæ representabat spiritum sanc-
tum, cuius est protectio. V. Spūs Sctus. et vox
Patris. etc. Hic est filius. etc. Ecce tres personas
indiuia Trinitatis. V. Trinitas.

Hic est filius meus dilectus. Alij adoptiui,
sic unigenitus, et primò genitus. V. C. 2. V. 20.
N. 2. et C. 4. V. 5. N. 26. etc. 4. 7. 11. 16. 18.
V. Christus. Adoptio.

In quo mihi bene complacui. V. C. 1. V. 15.
N. 2. et C. 2. V. 19. N. 34.

ipsum audite. ut auctorem fidei. V. Chris-
tus. 6. ipsum non legem. C. 2. V. 19. N. 7.

Nemini dixeritis visionem. etc. Bene-
ficia, quæ Deus in oratione facit non sunt -
nisi Confessori, qui alteri simili, et suo tempo-
re communicanda. ut Paulus suo exemplo docet.
C. 1. V. 12. N. 15. et C. 2. V. 2. N. 6.

Feria. 2. Post Dom. 2. Quadrag.

Et ego vado, et quaeritis me, et in pec-
cato vestro moriemini. 1. Ego abiens

vos relinquam, et si post me quaesieritis, nus-
quam inuenietis. unde fiet ut incredulitate, et
peccatis moriamini, et qui nolueritis temporis
opportunitate frui, omnino perieritis. Quæ =



comminatio valde timenda ijs, qui non respon-
dent Dei inspirationibus, et dum per tempus
licet, nolunt penitentiam agere. v. c. 6. v. 10.
N. 1. et sequentibus.

Quo ego vado. i. ad Patrem, in celum, Vos
non potestis venire. nimirum sine fide,
et penitentia. v. Fides.

Numquid interficiet semet ipsum.
Ceci homines i verba, que non intelligunt, peruer-
se interpretantur. quod proprium est infideli-
um, et hereticorum, vel eorum, qui nimis sunt
addicti sive seculo. v. Seculum. Mundus. Saxe-
sis. A. 4. 6.

Vos de deorsum estis, ego de supernis
sum, vos de mundo hoc estis, ego non-
sum de hoc mundo. quasi dicat, nisi vos
simitis de mundi vnguibz eripi, et ad celestia
transferri, non me intelligetis. Venit enim
Christus, ut nos eriperet de presenti seculo
nequam. c. 1. v. 4. N. 7. et 22.

Quia ego sum. i. Deus homo, Dei filius, re-
demptor mundi etc. v. Christus, Fides.

Qui me misit. de hac missione. v. c. 4. v. 4.
N. 4. et so. cum reliquis.

Feria 3. Post Dom. 2. Quadrag.

Matts. 23. 1.

Super cathedram Moysi. v. c. 6. v. 6. N. 3.
Quaecumqz vobis dixerint. etc. bonam
doctrinam tradentes sequimini, opera vero ma-
la, caute, ne emulari velitis. v. c. 4. v. 13.

vbi sortatur Apostolus, ut bonum magistrum
in bono emulamur, non vero in malo. v. imitatio
imponit onera. etc. v. c. 6. v. 2. N. 4. b
v. Paraphrasi eius v.
ut videantur ab hominibus. v. c. 6.
v. 14. N. 2. Hoc est hypocritarum. c. 1. v. 10. n. 5.

~~Hoc proprium hypocritarum.~~ v. c. 1. v. 10. N. 5
et c. 5. v. 20. N. 4. et deinceps. et c. 6. v. 12.
N. 3. v. Hypocrysis, inanis gloria. S. Pau-
lus non in mundo, sed in cruce Christi, suo exem-
plo docet gloriam querendam. c. 6. v. 14. N. 24.
Nolite vocari Rabbi. c. 1. v. 2. N. 27.
Fratres. v. Frater.

qui se exaltauerit. v. Superbia.
qui se humiliauerit. v. Humilitas.

Feria 4. Post Dom. 2. Quadrag.

Matts. 20. 17. v. indicem scriptu-
re. v. etiam D. quinquag.

Nescitis quid petatis. v. c. 1. v. 1. N. 179.
Potestis bibere. Martyrium proponitur,
que est vera via perueniendi ad veram gloriam.
vide Martyrium.

Non est meum. Quippe sedes celestis non
petentibus, aut consanguineis, non certe ex ac-
ceptione personarum, sed pre-suppositis, ac pre-
visis meritis unicuique datur. v. gloria. Pre-
mium.

Audientes decem indignati sunt. Ex emu-
latione, et invidia, qui morbus difficilem habet
curationem. v. Invidia.

Scitis quia principes gentium, etc. Sapi-
ens magister radici morbi medicinam adsi-
bet. Superbiam curat Humilitate, et suo exem-
plo discipulos docet. v. c. 1. v. 1. N. 188. et
c. 5. v. 13. N. 19. v. Superbia, inanis glo-
ria, Humilitas.

Feria 5. Post Dom. 2. Quadrag.

Luca. 16. 1.

Homo quidam erat diues, etc. v. Di-
uitia. et erat quidam medicus nomi-
ne Sapharus, etc. v. c. 4. v. 5. N. 45.



Diuis adeo sepultus est in inferno, quia misericors non fuit, cum ipse splendide uiuere, sicut illi, qui opulenti-
dicuntur in sion, et nihil patiebantur super contributio-
ne Ioseph. v. c. 5. v. 1. N. 39. et c. 6. v. 10. N. 11.
Induebatur purpura, etc. que luxuriam fouent.
melius fecisset, si Christi vestimento esset indutus. =
v. c. 3. v. 27. N. 3. et sequentibus.

Epulabatur quotidie splendide. v. comes-
sationes, et ebrietates. c. 5. v. 21. N. 37. v. Diuis
Epulo

Et erat quidam mendicus, nomine La-
zarus, etc. Symbolum sic est paupertatis, et pa-
tientiae. v. Patientia, et c. 5. v. 16. N. 22. et c. 5.
v. 22. N. 11.

Ut portaretur ab angelis, etc. En condig-
num primum regestatis. c. 5. v. 22. N. 11.

Mortuus est autem, et diues, etc. Quid illi
profuerunt diuitiae? seminauit in carne, et ecce
messuit corruptionem, et interitum sempiternum.
v. c. 6. v. 8. N. 5.

Pater Abrasam. v. Abrasam.

Mitte Lazarum. Ecce indiget ope Lazari,
qui eius in vita nullam curam habuit, nec micam
petenti dedit, non impetrat guttulam aque ad re-
frigerium lingue. c. 6. v. 10. N. 2. Iustaretri-
batio crudelitatis, auaritię. Non solum regnum
Dei non est consequutus, et necesse erat carnis ope-
ra sectanti, sed nec minimum panis alleuamen-
tum illi permissum est. v. c. 5. v. 21. N. 43. 44.

Habent Moysen, et prophetas. i. sacras
scripturas. Igitur magni refert audire confessa-
rios, concionatores, doctores legis Dei, et scripturę
sacrae interpretes, ut discamus alterius uitę præ-
mia, atq; supplicia, et ex eis uitam corrigamus. =
v. Prædicator. Fides, præsertim 22. et sunt
plura.

Penitentiam agent. sine qua nemo non
damnabitur. v. Penitentia.

Neque si quis ex mortuis resurrexerit,
credent. Obstrinati enim in peccatis, nec cre-
dunt scripturis, nec doctoribus, neq; mortuis,
sed omnia irrident. v. Peccatum, et Peccator.
Cæcitas mentis. et c. 6. v. 7. N. 1. et seqq.

Feria 6. Post Dom. 2. Quad.

Matt. 5. 21. 33.

Homo erat pater familias, qui plan-
tauit vineam, etc. Hac parabola indicat
à Iudeis ablatum regnum Dei, et datum gen-
tilibus. i. ecclesiam translata ad gentes, re-
probato Iudeorum populo. Quod ex Ps. 117

22. et Isai. 8. 14. declaratur. Lapis enim
reprobatus à Pontificibus, et scribis erat
Christus, in quem noluerunt credere, scan-
dali pati eius humilitate, verum sic resurgens
ex mortuis, factus est in caput anguli. i. de-
claratus est regni celorum princeps, rex re-
gum, et dominus dominantium, et rebelles
Iudeos extremo supplicio damnatos contri-
uit, gentes vero credentes filios fecit Abra-
sam, et illi promissa benedictione donauit.
v. c. 4. v. 27. N. præcipue 17. 18. 19. vbi
late hac de re agitur. v. Abrasam. Bene-
dictio Iudeus.

Plantaui vineam, et sepe circun-
dedit ei, etc. Enumerantur beneficia, que
dominus fecit vinea suæ. i. populo Iudaico,
sed multo plura, et maiora facta sunt eccle-
sia. Quod ex promissionibus factis Abra-
samo, et impletis in ecclesia constare po-
test. v. Promissio, Benedictio, Abrasam,
Gratus Beneficium.

Misit seruos suos etc. Vult deus gratias nos esse, et reddere pro beneficijs acceptis debitas gratias, quas profitemur reddere, vel cum solvimus primitias, decimasque eius ministris. De quo v. c. 6. v. 6. et 7. vel cum eius mandata seruamus, misericordia que

opera prestamus. V. Opera, Mandatum. + Malos male perdet. Accipient in iudicio iuxta opera sua. c. 6. v. 10. N. 2. v. c. 5. v. 1. N. 9.

Lapidem, quem reprobauerunt etc. c. 1. v. 1. N. 194

Et qui ceciderit super lapidem istum etc. c. 5. v. 11. N. 11. et c. 5. v. 21. N. 4445.

Sabbato Post Dom. 2. Qua. Luca. 15. 11. V. Filij. Adulphi.

Homo quidam habebat duos filios etc. Si Pater Deum significat, vel Christum, filij duo significant Iustos, et Peccatores. Nam si spiritus filij Dei facit filios. = c. 4. v. 6. N. 9. et si hoc caret peccator, dicitur tamen filius, sed mortuus, sicut fides quam habet mortua est. v. c. 2. v. 6. N. 20. v. c. 4. v. 5. 6. 7. praesertim in x. 15. d. d. incept.

Viuendo luxuriose De peccatis Luxuria, et comensationibus, et ebrietatibus, quibus se maculat peccator frena sua carnalis exans. v. c. 5. v. 19. N. 49. et v. 21. N. 38.

Cupiebat implere ventrem suum De siliquis (algarrobas) Has dicunt Hispani) quas porci manducabant, et nemo illi dabat. Non potuit magis adolescentis perditum exaggerari miseria, seruituti infami porcorum est alligatus, et tamen porcorum cibum non assequitur, vt fame periens ventrem non satiatur, vel semel

impleat. Maior, et peior peccatoris seruitus, qui non auaro domino, sed diabolo mancipatus, suis obsequitur cupiditatibus. De hac misera seruitute. v. c. 4. v. 26. N. 17. 18. v. c. 3. v. 13. N. 20.

In se autem reuersus Vexatio dat intellectum; quem in abundantia rerum amiserat, reciperat in rerum omnium inopia, et fame. = Timor peccati bonus, qui resipiscere facit studios, imo cordatos ne cadant, etiam iuuat. v. c. 5. v. 18. N. 15.

Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, et ego hic fame pereo. Confessio delicias domus Dei spirituales cum mundi auari amiserat, et fame.

Hic pascere porcos iubet voluptatuum, neque suppeditat pro desiderio cibum. Hac opera carnis. c. 5. v. 19. per totum.

Surgam, et ibo ad patrem meum. Ecce propositum conuersionis per bonam confessionem, quam re ipsa praestitit, cum ait, Pater peccaui in celum, et coram te etc. de conditionibus confessionis optime. v. Dom. 4. Aduentus.

Vidit pater etc. In viscera paterna quid faciunt, sed superat omnia hoc Dei amor. De quo c. 1. v. 4. N. 34. et Christi saluatoris nostri eximia caritas, et benignitas. c. 2. v. 20. N. 45. 58. et c. 5. v. 22. N. 46. 47. Deliciae spirituales sunt fructus spiritus. De quibus c. 5. v. 22. et 23. per totum.

Cito proferte stulam primam. i. preciosissimam vestem talarem, nempe togam, quae significat gratiam. Date anulum, signum libertatis, seu ingenuitatis, et Calceamenta, quae promptam obedientiam indicant, et occidite vitulum saginatum. representantem victimam

Alium occidit v. v. Homini diuini.



Quid

Crucis, & Christi sacrificium, et manducemus, et epulemur. In mensa scilicet Eucharistica. In qua bona dat Deus bene confitentibus, et vere adserere venientibus per seriam poenitentiam. Quibus declaratur gaudium Dei in conuersione peccatoris. v. De gaudio. c. 5. v. 22. N. 18. De vastata gratia. c. 2. v. 28. N. 2. et c. 2. v. 20. N. 17. De Eucharistia in festo Corporis Christi

Dom. 3. Quadragesimæ.

Luce 11. 14.

Erat Jesus eiciens demonium, etc. Hic representatur peccator a Dæmone possessus, et tractatus quasi mancipium crudelissime. De hac seruitute. v. c. 3. v. 13. N. 19. et c. 4. v. 26. N. 19. et de incept. v. Peccator, Peccatum.

Erat mutus, etc. Demones non omnes ad idem vicium inducunt, sed alij ad alia, quibus sunt propensi, quibusque delectantur magis. vnde est spiritus superbia, iracundia, fornicationis, taciturnitatis.

v. c. 9. v. 16. N. 29. 32. Nisi dæmon ex anima expellitur, non confitebitur, peccator mutus erit. De confessionis integritate, et veritate, et necessitate. v. c. 2. v. 20. N. 9.

Locutus est mutus. Si spiritus eiciatur rustica veritate cunctis, illico sua confitebitur peccata. v.

Poenitentia.

Cum fortis armatus custodit atrium, etc. v. in Festo Exaltationis S. Crucis.

Dixerunt in Beelzebub, etc. Cauendum iudicium temerarium quale fuit Pharisæorum, qui ex odio, et contemptu Christi de re plane diuina sinistre iudicant. c. 5. v. 15. N. 6.

Alij tentantes, de sis F. 4. infra Seb. 1. Quad. Omne regnum in se diuisum desolabitur. Caritas ciuium conseruat ciuitatem. v. c. 5.

v. 14. N. 12. et c. 5. v. 22. N. 16. De concordia. v. c. 2. v. 7. N. 1.

ideo ipsi iudices vestri erunt. De Apostolis, qui confessores Christi futuri sunt in extremo iudicio. v. c. 1. v. 1. N. 10, et seqq.

In digito Dei. i. in spiritu sancto, virtute diuina, peruenit in vos regnum Dei, quod vobis prædico. atque adeo manifestum est me esse expectatum Messiam, qui regno Dei principium do. v. Spiritus Sanctus. c. 6. v. 22. N. 37.

Qui non est mecum contra me est. c. 5. v. 8. N. 2.

Cum immundus spiritus, etc. c. 5. v. 16. N. 27. et 30. et 32. v. c. 3. v. 3. p. 104.

Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. De iterantibus peccata. v. c. 2. v. 17. N. 6. et c. 4. v. 26. N. 24.

Ciuitas Hierico sub anatsemate destructa typus peccati aboliti. c. 2. v. 18. N. 9.

Extollens vocem, quædam mulier de turba. Coarguit hæc mulier simplex, et humilis inflator scribas, et tumentes pharisæos, cum ipsa credit in Christum, et tanto ardore mentis, ut non potuerit se continere quin e media populi turba in eius laudes clamans triumpharet, cum illi non modo non crederent, sed etiam Christum blasphemarent. Gessit typum ecclesie, et eorum fidelium, qui Christi fidem tenent, Sonoremque defendunt. v. Typus. 10. v. 12. N. 20.

Beatus venter. c. 4. v. 4. N. 13.

Beatus venter. q. d. Non potest non esse sancta ad mirabilem mulier, quæ talem filium genuit, et aluit. Ergo ex filio deriuat laudes in matrem. Quam tales



filios non poterat non beatissimam reddere. Imo omnia bona illi procurare. Ex quo sequitur, ut ab instanti conceptionis gratia plena fuerit, quae talem filium genuit, et aliter erat paritura. C. 1. V. 3. N. 2.

Beatus venter. Sine confiteatur Saceres Gnosticorum, Apellis Valentinis, Marcionis, qui negabant Christum Mariae virginis ex visceribus factum. V. C. 4. V. 5. N. 20.

Imo beati, qui audiunt verbum

Dei, etc. Maxima laus praedicationis Evangelicæ fidei Christianæ; si quidem eam audiens, credensque, et operibus complens beatorum pronuntiatur. Hoc iure, quam quæ temporalis partus titulo, beata prædicabatur. Beatusque itaque credere in Christum, quam parere Christum. Dicit aeterna veritas, cum vero, utrumque cadat in virginem Dei param, nemo fuit unquam illa beatorum, quæ et peperit, et credidit, atque exactissime complevit, quod credidit. Hæc pertinet illud. In Christo Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. i. quæ per fidem caritate formatam operatur. V. C. 6. V. 15. N. 2. et C. 5. V. 16. N. 14.

Feria 2. Post Dominum.

Cam 3. Quadragesimæ.

Lucæ. 4. 23.

Utique dicetis mihi, etc. Apparet Sicut cæcitas filiorum huius sæculi, qui ita sunt terrenis addicti, ut nihil aliud sapiant, ita de suo iudicio præsumant, ut nihil credant, nisi quod sibi placet, et vera dicentem odio prosequuntur, et represententem (licet benigne, et leniter) eò deducunt, ut velint præ-

cipitem agere. Tali timebat Paulus futuros Galatas, cum insensatos, et fascinatos appellabat. C. 3. V. 1.

N. 20. 4. cum dicebat. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dico vobis. C. 4. V. 16. N. 5. 8. De cæcitate Judæorum. V. C. 5. V. 18. N. 27.

Multa vidua, etc. et multi leprosi, etc.

Hic insinuat Christus futurum, ut relictis Judæis ad Gentes transeat, quæcum facilius recipient, ut vidua Gentilis suscepit Heliam, et Naaman etiam Gentilis mundatus est ab Eliseo. V. C. 4. V. 30.

N. 16. et C. 4. V. 27. N. 20. 41.

Ad mulierem viduam. Cuius opus symbolicum fuit misericordie, et fructus eleemosynæ. V. C. 2.

V. 10. N. 17. et C. 6. V. 8. N. 7. et V. 9. N. 4. et V. 7.

N. 2. V. Vidua.

Nemo mundatus est, nisi Naaman, in

quo præcessit typus baptismi, quo mundantur omnes à peccatorum lepra. V. C. 2. V. 19. N. 26. et segg. V. etiam Baptismus.

ipse autem transiens per medium illorum ibat. Non potuerunt illum precipitem

agere, ut vellent, quia ipse noluit, oblatas enim est quia ipse voluit, quando, et quomodo voluit. C. 1. V. 4. N. 11. et C. 2. V. 21. N. 79. 83. 88. 89.

Feria 3. Post Idem 3. Quadr.

Matt. 18. 15.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, et corripe eum, etc. De lenitate, et alijs circa tantis correctionis. V. C. 6. V. 1. N. 1. et segg.

et C. 3. V. 1. N. 56. et C. 4. V. 16. N. 7.

Dic Ecclesiæ, cuius externa gubernatio ad Christum pertinet. C. 1. V. 1. N. 150. Ministri Christum representant. C. 6. V. 6. N. 5.

Sib tibi sicut Ethnicus, et publicanus. i. tracta, ut excommunicatum, et ab ecclesia

aliquo

alienum. intellige postquam condemnatus est per
iudicium, et sententiam. De excommunicatione
v. c. 1. v. 8. N. 6. 7. 8. Qui essent publicani. v. c. 2.
v. 15. N. 15.

si Duo ex vobis consenserint. etc. Magna
vis orationis in caritate oblata. v. c. 1. v. 1. N. 98.

Feria 4. Post ^{Domini} ~~III~~ ^{Car.} Dom. 3. Quadr.

Accesserunt ad Iesum ab Ierosolymis
scribae, et Pharisei. De Sorum secta. v.
c. 1. v. 13. N. 3. Scribae, qui dicti. c. 1. v. 1. N. 98.

quare discipulitui. etc. Invidia plena
interrogatio iudicantium temere de aliorum
monibus, et in discipulis accusantium magistrum.

De Invidia. c. 5. v. 21. N. 29. De Iudic. aduer
santibus euangelis. c. 1. v. 9. N. 2. De falsis
fratribus. c. 2. v. 4. N. 2.

Transgrediuntur traditionem Seniorum.

De traditionibus. v. c. 1. v. ^{14.} N. 3. 8. Transgres
sio que sit, et quod non inultum parat. c. 3. v. 19.
N. 1. 3. 15.

Hypocrita. v. Hypocrosis, Hypocrita.

Docentes mandata hominum. v. supra
Traditionem.

Si nite eos, caeci sunt. etc. v. Caecitas mentis
v. obdurati animi descriptio. c. 2. v. 21. N. 95.

Adhuc et vos sine intellectu. v. Obiurgatio.

Qua autem procedunt de ore, de corde
exiunt, et ea coinquinant hominem.

De corde enim exeant cogitationes malae,
Somnia, fornicationes, etc. v. c. 5. v. 22. N. 3.
v. c. 5. v. 22. N. 3. que sunt ope
ra carnis. v. c. 5. v. 19. 20. 21. vbi late desis agitur.

Feria 5. Post ~~III~~ Dom. 3. Quadr.

Introiuit in domum Simonis. De Simone
Petro. v. Petrus.

Socrus autem Simonis tenebatur
magnis febribus. An agri tudines
accidant propter peccata. v. supra =
F. 6. Post Dom. 1. Quadr.

imperauit febre. etc. vti Dominus vni
versa creature, atque adeo Deus, Chris
ti enim sum anitas, vt verbi diuini orga
num faciebat miracula. v. c. 4. v. 4. N. 13.

Singulis manus imponens, cura
bat eos. Hanc gratiam sanitatum gra
tis donat Deus, eamq; Sabuerunt. Apos
toli. v. c. 1. v. 1. N. 97.

quia tu es filius Dei, etc. v. Christus

Alijs ciuitatibus oportet me euan
gelizare regnum Dei. quia ideo
missus sum. Id. ad quod vocatus est,
seu missus, quicq; facere debet, alijs
non implicari negotijs ad Christi imi
tationem. v. c. 2. v. 20. N. 21.

Feria 6. Post ^{Dom.} ~~III~~ ^{Car.} Dom. 3. Quad.

Da mihi bibere. v. Non potest sitit

aquam, quam conuersionem illius animae.
Petit ergo ab ea, vt misericordis opus fa
ciat, quo mereatur saltem de congruo, vt
dicunt theologi, vt Deus illi donet suam gra
tiam. Est itaque haec Christi petitio, quasi
inspiratio, vt se ipsa disponat ad gratiam.
De gratia proueniente. v. c. 1. v. 3. N. 18. et
c. 4. v. 7. N. 4. De dispositionibus. v.
c. 5. v. 6. N. 11. 12. De gratia auxilijs
c. 1. v. 3. N. 30. v. Eleemosyna.

Tu forsitam petisses ab eo, et dedis
set tibi aquam uitam. i. spiritum
Sanctum. de quo v. c. 4. v. 6. N. 13.

et c. 3. v. 5. N. 2. 4. et c. 4. v. 9. N. 12 et
 c. 5. v. 22. N. 13. et c. 1. v. 1. N. 87. Vel grati
am Spiritus Sancti. de qua c. 1. v. 3. N. 4. 6.
 vel doctrinam euangelicam. c. 1. v. 1. N. 68.
 71. 100. et c. 1. v. 7. N. 3. Vel baptemum. c. 2.
 v. 19. N. 26. et seqq. ad 31. V. Baptismus.
Sitiet iterum. Nulla res creata aufert
 sitim, neq. cupiditas rerum temporalium
 unquam saturatur. V. c. 6. v. 14. N. 31. 32. 34.
Nonsitiet in aeternum. Gratia Spi-
 ritus Sancti ex se aeterna est, et facit filios
 adoptionis, atq. adeo. Si redes vita aet-
 nae. V. c. 4. v. 7. N. 3. et verbum gra-
tia, et Spiritus Sanctus.
Voca virum tuum. Prudens con-
 fessor impedimenta conatum auferre, ut
 verasit, et stabilis conuersio peniten-
 tis. V. c. 4. v. 19. N. 20.
Et nunc quem Sabes. etc. de pec-
 catis lux. V. c. 5. v. 19. N. 4. et seqq.
Spiritus est Deus. c. 5. v. 16. N. 16.
et eos, qui adorant eum in spiri-
tu, et veritate. etc. V. c. 5. v. 16. N.
1. 13. Vbi sortatur Paulus Galatasambu-
 lare in spiritu, ut eos desideria carnis
 non trahant, quae sunt instar viperæ. c. 2.
 v. 19. N. 33. Item c. 5. v. 16. N. 4. 5. et
 c. 5. v. 25. per totum. V. Spiritus. De
Dei cultu. V. c. 1. v. 1. N. 111.
Ego sum, qui loquor tecum. Cur
 tam facile se manifestat pauperi mu-
 lierculae, qui suspensas tenebat Bari-
 saeos, et scribas. Laus Sac. simplicitatis,
 qua Sac. ~~prae~~ praestabat, et damnatio
 superbiae, qua illi inflati erant. V. Humilitas

† c. 1. v. 1. N. 71.

Superbia. V. de S. Mattha.Reliquit ergo Hydriam suam mulier, etc.

Non potuit se tenere, quin pra. letitia curreret, et nun-
 ciaret suis ciuibus, quod maximo illis erat gaudio
 futurum. Euangelista itaq. muneris functa est.
 in ijs, quae ad animae salutem pertinent, semper festi-
 mandum. V. Curus

Meus cibus est, ut faciam voluntatemeius, qui misit me. etc. Preponit utilitatem

animarum sui corporis necessitati, ut doceat con-
 cionatores, et confessores idem facere. V. c. 4. v. 19.

N. 11. et sequentibus. et c. 1. v. 4. N. 8.

Videte regiones. etc. c. 4. v. 24. N. 12.Ut, et qui seminat simul gaudeat, et quimetit. In opere, et cultura animarum omnes gau-

dent, et seminantes, et metentes, et concionato-
 res, et confessores. V. Gaudium. c. 5. v. 22. N. 9.

Iam non propter tuam loquellam (solum)credimus, ipsi enim audiuimus, et scimusquia sic est vere saluator mundi. mag-

nam vim Sabet verbum Dei, per quem, cumque an-
 nunciatur, multo maiorem, cum ipse suo Deus ore

loquitur. Propterea gloriatur Paulus se non ab ho-
 minibus, sed ab ipso Christo didicisse euangelium,

quod praedicabat. c. 1. v. 12. N. 17. 18. 19.

Vere saluator mundi. non angeli, non pro-

phetae, non Moyses, illi enim liberarunt de seruitute
 Aegyptiaca, aut Babilonica, Christus de seruitute pec-

cati, illi populum unum, Christus mundum unum

sum. V. c. 4. v. 31. N. 3. 4. et verbo. Seruatus.

Sabbato Post ~~Ma~~ 3. Quadrag.

Joan. 8. 1.

Jesus perrexit in montem Oliueti, et dilu-culo. etc. Noctem dat orationi, diem operationi

animarum. Quod oportet, ut concionatores imitentur,



et praeferant orationem concionibus, si uolent fructum consequi operatum. c. 4. v. 19. N. 11. 12. et sequentibus.

Mulierem in adulterio deprehensam.

De peccato adulterij. v. c. 5. v. 19. N. 16.

In lege autem Moyses mundauit nobis Suius modi Lapidare.

Tu autem quid dicis? Quid contra legem uultis extorquere hypocrite ab eo, qui legis obseruantis simus est. c. 4. v. 4. N. 36. et c. 5. v. 14. N. 3.

Qui sine peccato est uestrum. etc. c. 6. v. 1. N. 15. Oportet qui alterum accusat culpa ipsum vacare. v. c. 6. v. 1. N. 12. 14. et animaduerte Domini prudentissimam lenitatem, et cautionem contra tentantes se mansuetissimam. v. Manuue ludo. c. 5. v. 23. N. 52. et segg.

Dom. 4. Quadrag.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus etc. Reges episcopi, et quibus aliorum incumbit cura, necesse est ut subleuent oculos, et considerent suorum necessitates, eisq; opportune remedium querant. Hanc curam ut propriam Apostoli habebant cum Paulo Ierosolymitanos pauperes commendabant. v. c. 2. v. 10. N. 9. Hoc illis insinuat Christus cum dixit Philippo, quod sequitur: Vnde emimus panes etc. Hoc dicitur omnibus canonicis, et beneficiarijs, qui ex patrimonio Christi uiuunt. c. 2. v. 10. N. 12. et segg.

Est puer unus Sic etc. Isti duo Apostoli Philippus, et Andreas ostenderunt uel imperfectionem fidei, ac fiducia, uel obliuionem aliorum miraculorum Christi, Debuerunt enim eius potestati remittere, ut praesenti necessitati succurreret. v. Spes Fides Fiducia.

Accipit ergo Iesus panes etc. Omnipotentia manus Christi eam uirtutem panibus communicauit, ut crescerent, sicut semini continuo uide mas communicatam. Itaq; miraculum indicat diuinitatis omnipotentiam. exemplum frequentissimum facis multiplicationis uideamus in agricultura, et se mense in terram disseminato, ubi augetur centuplo amplius, quam sparsum est granum. Propterea nomine messis fructum elemosynae commendat Apostolus. c. 6. v. 9. N. 4.

Impleti sunt. Satis nunc cibo corpus, qui suo corpore aliquando satiabit animam in lucia iustitia (v. Luc. Anistia) et totum seminem in glo.

Colligite, quae superauerant fragmenta, ne pereant. quasi preciosa reliquia suscipienda, nec perdenda quidem. c. 6. v. 14. N. 20. quae uelut Christus legit et in sunt. Duodecim copias. quasi duodecim fructus. v. c. 5. v. 22. N. 13.

Hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum. v. c. 9. v. 11. N. 14. et c. 4. v. 5. N. 19.

Fugit in montem etc. ne scilicet regem facerent temporalem, in qua exemplum praebuit fugientiae ambitionis. De sac. v. c. 1. v. 1. N. 182. et deinceps. De regno Christi spirituali. v. c. 1. v. 1. N. 168. vnde ius regni habuit. c. 1. v. 1. N. 164. Falso accusatus de affectato regno. c. 3. v. 13. N. 23.

Hoc euangelio describitur representatio quaedam letitiae, quam in Ierosolym ecclesia spiritualiter habuerunt, ueri eius filij. ubi exultabunt, et saturabuntur ab uerbis consolationis eius. v. c. 4. v. 27. N. 26. et c. 4. v. 26. N. 31. et c. 2. v. 31. N. 4.

A



Feria 2. Post Dom. 4. Quadr.
Joan. 2. 13. V. supra Fe. 3.

Post Hebdom. 1. Quadr. pasimq.

Et invenit in templum ementes, etc.

Avaritia cogitavit, ut templi Dei religio adeo violaretur, sub pretextu religiosi cultus. V. cultus Dei. V. Benignitas, qua opposita est avaritia. c. 5. v. 22. N. 45. V. Zelus domus tuae. Quid sit zelus. c. 4. v. 17. N. 6. quando laudabilis. c. 4. v. 18. N. 32. Zelus Pauli. c. 1. v. 8. N. 8.

Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud, etc. V. c. 1. v. 1. N. 39. 158. et c. 2. v. 20. N. 57. et c. 4. v. 24. N. 11.

Ipsc enim sciebat, quia Deus, cui omnia patent, etc. V. c. 6. v. 7. N. 23.

Feria 3. Post D. 4. Quadr.
Joan. 7. 14.

Mea doctrina non est mea, sed eius, etc.

Omnia doctrina, bonis a deo sit oportet. Quare et Paulus magnificat se a Christo, eductum fuisse euangelium, quod predicabat. c. 1. v. 11. N. 17. et reliquis.

Qui misit me, ad quam personam pertineat mittere, ad quam mitti. c. 4. v. 4. N. 4. et N. 50. et reliquis.

Qui querit gloriam eius, qui misit illum, sic verax est, etc. c. 1. v. 16. N. 3. 8.

De fugienda humana, et propria gloria. c. 5. v. 26. 6. N. 4. Gloria.

Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem, non quia ex lege est, sed ex patribus, etc. c. 5. v. 6. N. 23. V. Circumcisio. V. c. 3. v. 12. N. 34.

Nolite secundum faciem iudicare, etc. V. Acceptio personarum.

Quia nondum venerat hora eius, voluit, etc. enim se obicit morti, ut eam vinceret. V. c. 1. v. 1. N. 175. et ligno demonem contritum superaret. V. c. 1. v. 1. N. 105.

Feria 4. Post Dom. 4. Quadr.
Joan. 9. 4.

Me oportet operari, etc. Sancte dies est, etc. V. c. 6. v. 10. N. 2.

Quod interpretatur missus, cuius sit proprii, etc. V. c. 4. v. 4. N. 4. et N. 50. cum reliquis. Schisma erat inter eos. De peccato con-

Maledixerunt ergo, etc. Quid sit maledictum. V. c. 3. v. 12. N. 37. non temendum fidelibus. c. 3. v. 10. N. 2.

Scimus autem, quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est, et voluntatem eius facit, tunc exaudit, etc. V. clamemus Abba pater, i. confidenter oremus Deum, ut filii Patrem, necesse est, ut sit in nobis spiritus. V. c. 4. v. 6. N. 9. qui spiritus sanctus in peccatoribus non est. c. 4. v. 6. N. 13. V. Spiritus Sanctus.

Tu credis in filium Dei, etc. Manifestat se aperte homini simpliciter mente praedito, non superbis presumptis, et desipientibus, temere veritatem. V. c. 2. v. 10. N. 11. localis papali visitationes mores. V. Humilitas. V. c. 5. v. 14.

Feria 5. Post Dom. 4. Quadr.
Luc. 7. 11.

Ecce defunctus efferebatur, etc. Certitudinem mortis, et brevitatem vite nobis sic ante oculos obijcit. V. c. 4. v. 4. N. 41. et c. 5. v. 10. N. 2. V. Vita. Juste transitus est ad meliorem vitam.

Ecce defunctus, etc. V. Moys. Vita brevitatis. c. 1. v. 1. N. 170.

Misericordia motus, etc. Similes casus debent nos movere, ut succurramus, si possumus, et viscera misericordiae habeamus. Deed enim verum sustinere misericordiam. V. c. 6. v. 9. N. 2. et v. 10. N. 3.



Alia

Adolecens tibi dico surge. etc. Exemplum resu-
rectionis, quo futura resurrectio mortuorum doce-
tur esse possibilis, et eius fides asseritur. V. c. 1. v. 1.
N. 78. 89.

F. 6. Post Dom. 4. Quadr.

Joan. 11. 1.

Domine ecce quem amas infirmatur.

Dei amicos tribulationes erant, ut probentur,
et proficiant in melius. V. Patientia. 1. 1. 1.

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit,
viuet. V. c. 3. v. 11. N. 3.

Ego credidi quia tu es Christus filius Dei, qui
in Saeculo mundum venisti. Hic Martha confi-

tetur Christum esse Deum. V. Christus. 3.

Jesus ergo ut vidit eam plorantem etc. In-
fremuit spiritu, et turbauit semetipsum, etc.
et lacrymatus est. Hic ostendit Christus ve-

rum esse hominem esse, qui compatitur, et tristatur,
et commouetur, et flet, cum flentibus, tristibus, patien-
tibus. V. c. 4. v. 4. N. 6. et c. 3. v. 19. N. 45.

Tollite Lapidem. Ni durities auferatur peccati,
que cordi superposita est hominis obstinati, non resur-
get ex peccatis, in quibus sepultus, fatidius iacet. Tolli
vero debet iussu Christi, i. ab eo, qui minister est Christi,
vel spiritum habet Christi. c. 4. v. 19. N. 11. et seqq.

Lazare veni foras. Similis vox in die iudicij om-
nes excitabit mortuos. Eiusdem quippe Leonis tribu-
Juda. Leonem symbolum Resurrectionis c. 1. v. 1. N. 19.

Lazare veni foras. Vox Christi sola est, que pecca-
tores ad vitam vocare potest, cum ipse sit vita, et fons
vitae. c. 1. v. 1. N. 72.

Sabbato Post Dom. 4. Quadr.

Joan. 8. 12.

Ego sum lux mundi, (vniuersi) multo exce-
llentior quam solis Solius materialis, atque verius dicitur
Christus Pater luminum lucentium in ecclesia per doctri-
nam, et opera. V. c. 1. v. 1. N. 95.

Qui sequitur me. (credens ut oportet) non
ambulat in tenebris. (per iter Solius vitae) Sed
habebit lumen vitae. i. fidem veram. sequens
enim me tamquam accensam faciem, nullis erro-
ribus, aut peccatis implicabitur, sed recta, ac sine
errore tendet in caelum. Vbi lumen fidei commuta-
bitur in lumen gloria. c. 5. v. 7. N. 10.

Tu de te ipso testimonium perhibes: testi-
monium tuum non est verum. i. legitimum,
ac pro vero habendum, nisi aliunde probes, que
condiciones requirantur in legitimo teste. V. c. 1.
v. 1. N. 35. 37.

Verum est testimonium meum, quia
scio unde veni, et quo vado. Per insinua-
tionem accommodatam ad Phariseos respondet
verum esse suum testimonium, qui non tam, ut
propheta missus esset a Deo, sed ut vere Dei filius,
cui credere tenerentur, scit, scio unde veni, i.
e caelo a patre, et quo vado. i. in caelum ad pa-
trem a quo missus in Saeculo mundum veni. V.
c. 4. v. 4. N. 4. et c. 2. v. 20. N. 53.

Vos secundum carnem iudicatis. i. non
nisi secundum ea, que foris apparent, et sen-
sibus subiecta sunt, iudicium facitis, ideo fallimini.
Ego non iudico quemquam. i. non fero de quo
quam testimonium. Neque opus est. et si lu-
dico testimonium meum verum est. i. si ve-
llem testimonium ferre, etc. De hac acceptione
Carnis V. c. 5. v. 17. N. 22.

Et in lege vestra. (de qua tanto opere vos
iactatis observatores) duorum hominum
testimonium verum est. i. iudicia pro-
vero habendum, ut legitimum. V. lex Mosayca.

Ego sum, qui testimonium perhibeo de
me ipso. i. Deus de homine, eadem enim
persona duas naturas habebat diuinam, et

Summam. et testimonium perhibet de me, qui misit me Pater. Ecce distinctam personam Patris, et filij contra Sabellianos, eiusdemque auctoritatis, et naturae, qui aequale testimonium perhibeant. V. c. 1. v. 1. N. 62. 162.

Vbi est pater tuus? si intelligebant obscurius dictum, volebant, ut clarius responderet, ut posset tamquam blasphemum accusare, aut lapidare. si aperte diceret se Dei filium: ut accidit cum à Caypha Pontifice interrogatus est, vel non intelligebant, putantes esse non magis, quam hominem, qui non cognoscebant patrem eius, ut indicaret sperabant, et fortassis irridendo, tamquam vulgo natum, qui patrem ostendere non posset. V. Ingenium Sacerdotum. c. 4. v. 6. N. 8.

Neque me scitis. etc. Si me sciretis forsitan (-l. vltis) patrem me sciretis. l. Non existimatis me nisi solum hominem esse, ideo interrogatis: Vbi est pater tuus, si nossetis me esse plusquam hominem, et filium Dei, sciretis patrem meum non esse hominem, sed Deum, et in caelo esse. V. Verbo Christi

Dom. in passione

Joan. 8. 46.

quis ex vobis arguet me de peccato? Christus innocens mortuus, ut nocentes à morte redimeret. c. 3. v. 13. N. 1. ut vas, ac fideliussor peccata hominum soluenda voluntate suscepit. c. 3. v. 13. N. 42. V. Christus 28.

Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. c. 5. v. 7. N. 8. V. Veritas.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea. etc. Doctrina ecclesiae quomodo suscipienda. c. 1. v. 9. N. 83. V. Doctrina. V. c. 2. v. 19. N. 7.

Est pater meus, qui glorificat me. c. 1. v. 1. N. 100. Non nisi à Deo secure gloria queritur. omnis enim alia gloria inanis est, et periculosa. c. 5. v. 27. N. 4. et sequentibus.

Ego de hominibus non habeo. etc. Nota singularis exemplum mansuetudinis. v. c. 5. v. 23. N. 52. et sequentibus.

Abraham pater vester exultavit. etc. c. 1. v. 1. N. 198. et c. 3. v. 6. N. 2. et c. 3. v. 7. N. 2. et c. 3. v. 8. N. 4. et v. 16. N. 35.

Antequam Abraham fieret ego sum.

insinuat suam diuinitatem. v. c. 4. v. 19. N. 7.

Jesus autem abscondit se, et exiit de templo. usus nempe sua diuina potentia state inuisibilis factus est, ut alias etiam ipse transiens per medium illorum ibat, cum precipite agere parabant. Lucae. 4. v. sup. F. 2. Post. D. 3. quod

Feria. 2. Post Dom. Passionis.

Joan. 7. 32.

Miserunt Principes, et Iherosolymitanos, ut apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. etc. Qui sciens, et volens se traditurus erat, non permisit, se comprehendi ad nutum principum, et Iherosolymitanorum. v. c. 2. v. 21. N. 93. V. Traditor.

In nouissimo autem die magno festivitatis, stabat Iesus, et clamabat. Exemplum praebens concionatoribus, ut in magna frequentia stent, constanter clamant ex intimis loquantur sensibus, neminem timeant, dum opus est pro Dei honore, seu ad versus vicia contendere voce, et clamare. v. c. 1. v. 8. N. 8. V. Concionator.

Siquis sitit, veniat ad me, et bibat. Christus fons paradisi. c. 1. v. 1. N. 70. et fons vitae. c. 1. v. 1. N. 71.

Qui credit in me. Et in fides vere omninoque
Justificat. c. 2. v. 17. N. 9. V. Fides, Christus.

Flumina de ventre eius fluent aquae viuae.
Abundabit eius anima gratia, et domus spiritus sanc-
ti. c. 1. v. 1. N. 93. et c. 1. v. 3. N. 4. 6.

Feria 3. Post Dom. Passionis.

Joan. 7. 1.

Ambulabat Iesus in Galileam. etc. quia
quererant eum Iudei interficere. Occasio-
nes prudenter persecutoribus auferens. docebat suos
ut idem, cum opus fuerit, imitarentur.

Nemo in occulto quid facit, et quaerit
ipse in palam esse. etc. Appetit gloria huma-
na ducuntur cognati, quam tamen non quaerebat
Dominus, qui gloriam Patris semper habuit ante
oculos. V. Gloria.

Neque enim fratres, (i. cognati) credebant
in eum. Nullum maius impedimentum esse solet,
et credendi, et omnino meliorem sequendi vitam,
quam cognationes, quam caro, quam sanguis. Ideo
Paulus vocatus à deo continuo non acquieuit car-
ni, et sanguini. c. 1. v. 16.

Non potest mundus odisse vos, me autem
odit, quia ego testimonium perhibeo de illis,
quod opera eius mala sunt. Ecce causam Pha-
risaeorum, et sacerdotum, etc. ob quam persequen-
tur Christum. Mali non sibi similes, sed dissimiles
odio prosequuntur. c. 4. v. 16. N. 7. 8.

Ego non ascendo ad diem festum hunc,
quia meum tempus nondum impletum
est. Non ascendo sicut vos me sortamini, ut as-
cendam, ut ex miraculis gloriam mundanam, et
misi, et vobis aucupet, non ascendo ut homo qua-
lem vos me arbitramini, qualem persequuntur Iu-
dei, ut me exponam periculo mortis, quia tempus
moriendi mihi diuinitus praescriptum, nondum adve-
nit. Ascendit vero postea, ut homo Deus, quia, ut

talis poterat tutus esse in medijs periculis, et
saluus evadere e manibus inimicorum, ut fecit.

Hinc discimus miracula absq. necessitate non
esse querenda, dum scilicet humano consilio
possumus rem absolueri, ut dictum est in Vi-
gilia Epiphaniae. Christus ut homo, qui fugeret
periculum mortis occulte ascendit ad scenopogia
festum, cum vero in medijs periculis extitit, ubi
humana non satis esset providentia, potentia
vius est diuinitatis.

Feria 4. Post Dom. Passionis.

Joan. 8. 22.

Facta sunt encaenia in Ierosolymis.

Dedicatio, seu renouatio templi per Miasa-
baeos. De renouatione anime, quae templum est
spiritus sancti. v. c. 2. v. 19. N. 22. 24.
et c. 2. v. 20. N. 8.

Et hyems erat. nihil frigidius peccato. v.
c. 5. v. 19. N. 23. et c. 2. v. 21. N. 96. v.
Peccator. Peccatum.

Quousq. animam nostram tollis.
Si tu es Christus dic nobis palam. Ca-
lumniandi animo idrogant. De malicia
Særeticorum. v. c. 4. v. 6. N. 8.

Opera, quæ ego facio in nomine pa-
tris mei. etc. Frustra verba queruntur
ubi opera ipsa clarè loquuntur. v. c. 1. v. 1.
N. 160.

sed vos non creditis, quia non estis
de ouibus meis. etc. q. D. Humilis estote,
ne me recusetis magistrum, subijcite vos meæ
doctrinæ, et correctioni, ut discipuli audite me
ac sine supercilio auscultate, sic q. facile cog-
noscat me, quis sim. Fide autem opus est
ut me cognoscatis. v. c. 5. v. 23. N. 65. 67.
69. et c. 5. v. 7. N. 10. V. Fides.



Ego, et Pater unum sumus.

Contra Sabellianum ANNA. M. M. D. et c. 3. v. 28. n. 3.
et c. 4. v. 4. n. 30.
 Contra Sabellianum distinguit personas,
 contra Arrium asserit essentiam. V. c. 4.
v. 4. n. 6. V. Trinitas.

Multa opera bona ostendi vobis ex
Patre meo, propter quod eorum me
Lapidatis. Ecce ingrati animi manifes-

tum crimen, malum pro bono reddentium.
V. c. 2. v. 21. n. 11. et c. 4. v. 8. n. 1. De bono
opere etc. V. c. 3. v. 12. n. 44.

F. 5. Post Dom. Passionis.

Luce 7. 36.

Ecce mulier, que erat in civitate pec-

catrix, ut cognovit. etc. Que expectabat
 occasionem salutis, nulla mora interposi-
 ta, cum primum oblata est opportunitas,
 cucurrit ad medicum. Hæc promptitudo,
 et diligentia imitanda proponitur. V. c. 6.

v. 10. n. 2. V. Cursus

Stans retro secus pedes eius lacry-
mis. etc. Omnia indicant cordis perfectam

contritionem, quam Deus minime despicit.
 Est qz bonæ confessionis fundamentum. V.
c. 4. v. 19. n. 21.

Videns autem Phariseus, qui voca-

verat eum. etc. exemplum. Sic Phari-
 seus temerarium iudicium ferens eorum, qui
 temere iudicant, et de aliorum fama im-
 merito detrahunt. V. c. 5. v. 15. n. 10. 12.

Fides tua te salvam fecit. non certe

sola, sed caritate munita, ut patet ex eo,
 quod dicit Christus, remittuntur ei peccata
 multa, quoniam dilexit multum. V. c. 5.

v. 6. n. 14. V. fides. 55.

F. 6. Post Dom. Passionis.

Joan. 11. 47.

Collegerunt Pontifices, et Pharisei
Concilium ad versus Jesum, et dice-

bant. etc. quod verebantur, nisi occiderent,
 illud occiso Christo accidit, ex Iustitie Dei vin-
 dicta, nimirum ut Romani tollerent ab eis

locum, et regnum. Hoc semper solet accidere
 eis, qui commoda sua temporalia ante ponunt
 Dei mandatis. c. 6. v. 14. n. 27.

Unus autem ex ipsis Caiphas nomi-
ne. etc. Huius intentio depravata erat, ut

ceterorum. et in eius sententiam omnes con-
 venerunt, ut Christum interficerent. c. 2. v. 21.
n. 96. V. Peccatum.

Cum esset Pontifex anni illius prophe-
tauit. etc. Etiam per malos ministros Deus
 vera loquitur. V. c. 3. Post D. 2. quad.

Quod Jesus moriturus erat. etc. V. c.
Christus. v. c. 2. v. 19. n. 5. et c. 3. v. 14.
et in c. 3. v. 34. et c. 3. v. 17. per totum.

Filios Dei. c. 4. v. 6. n. 10.

Jesus autem iam non ambulabat in

palam ambulabat. Ut homo homines,
 hoc est suos discipulos docebat declinare

pericula quoquomodo possent. Nam ut

sæpe monui miracula non sunt expec-
 tanda, nisi quando deficit omnino huma-
 num consilium. V. c. In fest. 55. Innocentii.

In civitatem que dicitur Ephrem. v. myste-
rium. c. 4. v. 27. n. 17.

Sabbato Post Dom. Passionis.

Joan. 12. 10.

Cogitauerunt principes sacerdotum,
ut et Lazarum interficerent. Quia multi

propter illum. etc. Hic apparet cæca, et
 insana Iudeorum invidia: qui occiso Laza-
 ro abolendam existimat memoriam mira-

culi illustrissimi. quasi non possit suscitare
 occisum, qui suscitauerat mortuum. V. Invidia.
v. c. 5. v. 21. n. 40. c. 4. v. 17. n. 6.



Qui amat animam suam, perdet eam. V.

C. 1. V. 1. N. 40. et C. 5. V. 16. N. 21.

Ego si exaltatus fuero a terra. etc. V. C. 6.

V. 14. N. 6.

Ex principibus multi crediderunt in eum,
sed propter Phariseos non confitebantur.

V. C. 3. V. 6. N. 6.

Qui credit in me, non credit in me, sed in
eum, qui misit me. V. C. 3. V. 7. N. 2.

Dominica in Palmis.

Matt. 21. 1.

Misit duos discipulos. etc. Hi duo dicuntur
significasse mystice Petrum, et Paulam, quorum
ille ad Judaicum populum significatum in Asina,

Sic ad Gentilem in pullo significatum missi sunt.
V. C. 2. V. 8. q. N. 2. 3. 4. et reliquis.

Ecce Rex tuus venit tibi. etc. Regnum Christi
mundi saluatoris non temporale, et terrenum, sed
spirituale, et celeste, ut sine patet ubi omnia lon-
ge sunt a superbia mundana, odoremque spar-
gant humilitatis, paupertatis, mansuetudinis, etc.

V. C. 1. V. 1. N. 160. et 174. V. Christus.

Plurima autem turba straverunt vesti-
menta sua in via. Abij autem cadebant
ramos de arboribus. etc. Haud dubium ra-
mos oliuarum ex monte oliueti, quam transibat.
Hec species triumphantis, seu duantis de suis hos-
tibus. Praeuertit enim triumphum resurrectionis.

V. Triumphus. C. 1. V. 1. N. 137.

Hosanna filio Dauid, Benedictus. etc. V.

C. 1. V. 1. N. 194.

Hosanna filio Dauid. Salua, obsecra filium
Dauid. i. Christum. V. C. 4. V. 4. N. 6.

F. 2. maioris Hebdomadae.

Joan. 12. 1.

Maria ergo accepit libram unguenti
nardi pistici preciosi, et unxit pedes
Pesu. etc. Caritas eximia sic declaratur

Maria Magdalena erga Christum, cuius caput
(ut constat ex alijs euangelistis) et pedes libe-
rali, et copiosa unguenti preciosissimi effusio-
ne honorauerit. Si Eleemosyna laudantur qua-
si data in paupere Christo, quanto magis
hoc, quae Christo in sua personam facta est. Ele-
mosyna Deum propitium facit, nec tam pen-
satur census, quam affectus. C. 2. V. 10. N. 17.

Qui dicitur Eleemosyna Mariae Magdalene
ubi affectus Caritas auget censum, census
non solum ponitur in capite Christi, sed ad pe-
des Christi. In illo Caritas, in hoc humilitas,
crescit ratione personae, cui praestatur offi-
cium, ex se debetur obsequium, gratia habe-
tur, beneficium rependitur. V. Eleemosyna.
~~III.~~ Caritas. Humilitas. Gratitude. Li-
beralis Beneficentia. Benignitas.

Dixit ergo vnus ex discipulis eius =
Judas Iscariotes. etc. Ecce exemplum de-
tractoris, Auari, Latronis, et Hypocrita, qui
sub praetextu benefaciendi egenis suam dis-
simulat auaritiam. De Detractione. C. 5. V. 15.

N. 11. De Auaritia, et Hypocrisi. V. Eadem
verba.

Sinite eam, ut in diem sepulturae mee
seruet illud. etc. Quod enim tunc facere
non poterit, iam ex hoc tempore prevenit, un-
gere corpora mortuorum, et sepelire mise-
ricordiae opus est, Christi vero corpus pro-
mendandum fuit ceteris pauperibus. Quam imo
ubi res suppetit, non detrahatur sua pauperi
eleemosyna, quod Christo, vel eius templis



ministrisue prius datur, dabitur postmodum
etiam pauperi, ubi videtur insinuatam.
V. Eleemosyna. et c. 2. v. 10. N. 17. et c. 6.
v. 6. N. 1.

F. 5. in cena Domini.

Joan. 13. 1.

In finem dilexit eos. c. 2. v. 20. N. 58.
Vos vocatis me magister, et dñe.
etc. c. 5. v. 26. N. 14.

si ergo ego laui pedes vestros, etc.
c. 6. v. 2. N. 7.

Exemplum enim dedi vobis. imi-
tandus Christus. c. 2. v. 20. N. 21.

sed maxime in caritate, et humilitate
V. Caritas, Humilitas.

F. 6. in Parasceue.

De Passione dñi. V. c. 2. v. 20. N. 11.

et v. 21. N. 79. et sequentibus. Vbi po-
nitur integra concio. Passionis Christi =
symbolum. c. 1. v. 1. N. 193. V. Pas-
sio, Christus, praesertim. N. 61. 62. 63.
64. 65. 66. et sequentibus.

Vespere De Plantu virginis
Mariae. V. Maria.

Dominica Resurrectionis.

V. Verbum. Resurrectio. et Sa-
bebis multa de hoc mysterio, et integras
